



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Methodi Expeditæ Communionis Liber Unicus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

METHODI

EXPEDITÆ COMMUNIONIS

LIBER UNICUS.

Illustrissimo atque Amplissimo D. D.

VITALI VALGVARNERÆ
DEL CARETTO,
Arenellæ Duci.

THOMAS TAMBURINUS S. I. sempit. Felic.



QUIDEM, Dux Amplissime, tam humili munusculo tuæ benignitatis ædem non adire, nisi illius veteris pareniæ memor essem, AD ARAM GRATIARVM ANIMVS, NON HQSTIA CENSETVR. Video debilitatem ingenij mei, video Opusculi, quod tibi consecrandum offero, tenuitatem. Verùm & animum meum tibi addictissimum, & animi tui augustam aram grâtiis undique redundantem etiam video. Munera vel levissima si à magno Principe, hilari vultu, admittantur, grave momentum accipitur. Accedit quod nobilitati generis nescio quid inditum solet esse non vulgaris humanitatis. Quid ergo non sperem à tua dulcissima morum facilitate, cum Nobilium majorum tuorum præclaro sanguine quasi per purissimos canales, in te generosè transfusa? quorum certè seriem si numerem, numerem pariter Oceani guttas, littorum arenas, Cœli stellas. Tui generis nobilitas ex Castello Valguarneræ in Comitatu Ampurias, siue hodie Ampuradan, parum à Paralada Metropoli distante, originem, octingentis ab hinc ferme annis feliciter duxit. (Stephanus Berela in *Cenotaphia Barcelona*, cap. 78.) Secundus est non longo intervallo Simeon Valguarnera, unus ex præclarissimis Ducibus, qui, regnante Barcinonæ Comite Ramon Berenguer, huius nominis tertio, & Maiorom ditione Maioricam vindicant. Inde ortus filius Bernardus Guillem, inde nepotes Goffredus, Franciscus, Ioannes, Gibertus: inde propè innumeri generosi, pares avis suo ordine Pronepotes. Petrus Thomai cap. 31.) Simeonem, & Vitalem amantissimos fratres, quibus primo Oppidum, & Baroniam Assori concessit Martinus Rex, tanquam eminentissimos Sæculi sui æquales illorum temporum sunt admirati. (Fazellus *de rebus Siculis dec. 2. lib. 9. cap. 7.* (Ex Vitali Vitalis. Secundus, ex hoc Ioannes quem Alphonsus Rex sui Camerarij titulo condecoravit, innumerus insuper beneficiis cumulatum. Semel is Messanæ Stratigotus, semel totius Regni Sicilia Præses, sapiens Equestrium Pèdestriumque Copiarum Ductor (Franciscus Baro *de Maiestate Panormitana* lib. 3. c. 11.) Sileo de cæteris, Franciscus enim Princeps pater tuus Panormi olim Prætor, eiusdemque ad Ducem Alburquerch Sicilia Proregem legatus: Atque Amplissimus Ioseph frater Germanus tuus, qui nunc in omnium oculis vivit Princeps Valguarneræ, atque Illustris Dominus D. Poncius tunc patruus in S. Philip. Nerij Panormitana Congregatione Sacerdotio nobilis, ac singulari virtute, dulcissimisque moribus, vitam cœlestem ducens, satis superque sunt ad tuam Familiam ill'ulstrandam: quam tu novo Ducis Arenellæ titulo dum exornas, fortunam Primogeniti fratris æquasti, & naturæ munera virtutis beneficio supplevisti. Verùm ut ad nostra redeam, feliciter quidem cecidit in rem meam vel ipsum nomen tuum, Vitalis, Dux Amplissime, à quo scilicet, fortunato omine VITA transfusa lucubrationes nostras animabit. Iuvat, iuvat sperare libellum hunc parem iterum cum meritis tuis, eademque æternitate, qua illa perfruentur, perennaturum. Spem tantam firmaveris, si qualecumque hoc meæ observantiæ pignus in tuam clientellam receperis. Vale.

In

In Opusculum de Communione
 R. P. THOMÆ TAMBURINI
 SOCIETATIS IESU
 EPIGRAMMA
 D. DON RODERICI VARONII
 Academici oplosophi.



XIGVO, Thoma, peftringis grandia gyro,
 Dum brevibus tractas mystica sacra modis:
 Has artes illo doctum reor esse magistro,
 Qui pravo immensum claufit in orbe Deum.
 Conspicua hac reddis, sed tu mysteria, Numen
 Velat in angusto parva placentia sinu:
 In te de nebula lumen dat luminis auctor:
 An per te maius, per se agit ille minus?

Imprimatur si ita videbitur iis, ad quos pertinet.

Vi centius Carrafa Præp. Gener. S. I.

Impr. Salerno V. G. S. V.

Imp. de Denti Præf.

INTENTIO OPERIS, ET DISPOSITIO.

NON sanè, frustra amicos hortatus sum ipso præcedentis de Confessione opusculi in prima editione ut ad me aliquid referrent, de eodem, si quid opus esset, locupletando. Nam per familiaris quidam meus omni virtutum genere æquè, ac singulari eruditione præditus, me amicè monuit, ut quæ ad Sacratissimam Synaxim facile exhiberi dam pertinerent, hinc adnecterem: ipsi enim methode Confessionis, quæ ad Sacramentum Eucharistiæ digne suscipiendum maxime dirigitur, non vulgare sic adderem complementum. Placuit ita mihi ea monitio, ut morem statim amico libenter gesserim: & iam de Sacratissima Communione expedite peragenda, ad Summi Dei maiorem gloriam, quam ob oculos, præ oculis omnibus, habere submisso animo profiteor, brevem tractationem in manus fidelium do-

Digeretur autem in aliquot capita.

1. De dispositione spirituali necessaria ante Communionem.
2. De dispositione corporali ante eandem.
3. De iis quæ pertinent ad eandem peractam.
4. De præcepto Communionis Paschalis.
5. De eodem instante morte.
6. De ministro Communionis.

CAPUT PRIMVM.

De dispositione spirituali necessaria ad susceptionem Sacratissimæ Communionis.

§. I. De Statu gratiæ requisito.

PRÆTER Baptismum, & Pœnitentiam, cetera quinque Sacramenta requirunt per se, in recipiente, statum gratiæ. Ita Suarez de Sacram. id est, tom. 3, p. disp. 28, sect. 2. Coninch de Sacram. q. 62, art. 1. d. 2. Bonac. de Sacram. disp. 1. q. 4. p. 2. n. 2. Et sanè ad Baptis-

mus, & Pœnitentiam licet apta dispositio sit per contritio; est item apta, attritio. Ex Suarez ibi, disp. 28, sect. 2. At ad cetera Sacramenta, & multo magis, propter maiorem Domino Sacramentorum debitam reverentiam ad Sacramentum Eucharistiæ suscipiendum requiritur status gratiæ: secus committeretur peccatum sacrilegij: scilicet, ut sancta sanctè tractentur. Nam propterea illa duo vocantur Sacramenta mortuorum, cetera verò quinque vocantur Sacramenta viventium, nempe vivorum per gratiam, quæ est vita anime. Cuius differentie ratio est ex Suarez. Coninch, Bonac. de Baptismo, & Pœnitentia sunt instituta ad primam gratiam conferendam: ergo illam supponere non oportet.

cetera verò cum sint instituta ad eandem augendam, illam per se supponere debent.

1. Dixi (per se) nam, per accidens, primam aliquando gratiam, licet illam in animo nequaquam inveniant, valent producere. Idque, universim, in omnibus, in illo unico eventu usu venit: quando quis bona fide, & sine fraude se existimans esse in statu gratiae, recipit aliquid ex illis vivorum Sacramentis: tunc enim sola attritione supernaturali quae semper requiritur, nec tollatur obex gratiae, ex vi talium Sacramentorum, quae gratiae animam sanctificantis ornamentum acquirit. Ita Suarez de Sacram. disp. 7. sect. 2. & de Euch. disp. 63. sect. 1. §. Dico tertio, id quod tamen Hurt. disp. 8. de Euch. diff. 8. & Valq. tom. 3. in 3. part. id est de Euch. disp. 207. cap. 4. & §. negant. Huius probabilis doctrinae ratio, pro modo, fit illa, quia cum gratiae augmentum haberi non possit, nisi prima gratia supponatur (ad augmentum enim necessarium supponi debet qualitas, quae agenda est) certe nisi ipsa prima gratia haberetur, nihil haberetur gratiae, contra finem, ad quem sunt instituta Sacramenta.

An sint casus, in quibus cum peccato mortali sibi cogno communicare non sit sacrilegium, dicemus infra §. 10.

§. 11. An sit gravius peccatum accedere indignè ad Eucharistiam cum gravioribus peccatis, quam cum minus gravibus.

Gravius esse mihi non est dubium, ex Delugo de Euch. disp. 14. sect. 1. n. 6. quia sumens magis irreverenter se habet, minoremque, quantum est ex parte rei, reddit ejusmodi Sacramenti significationem, quae est, animam divinae gratiae refectionibus enutrire.

Non puto tamen esse necesse majorem hanc, gravitatem explicare in Confessione, quemadmodum, nec quale peccati genus, sive luxuria, sive alterius: nec quo numero, sive plura, sive pauciora. Satis enim est Laico dicere, Communicavi indignè mortaliter: & Sacerdoti celebranti indignè, &c. Sanè pari modo sufficit in Confessione dicere, Sumpsi Eucharistiam non ieiunus: ne quia est explicare, id ne post convivium fuerit, an post primum assumptum cibum. Quamvis enim concedamus cum Baldell. de vitis & pecc. lib. 2. disp. 26. n. 11. majorem irreverentiam committi, si ad Eucharistiam accederetur post lautas epulas, quam post modicum aquae potum; tamen, quia sistitur in eadem irreverentiae specie, et supra dicta opinione lib. Method. Confess. cap. 1. §. 18. de circumstantiis aggravantibus, non contrahitur obligatio ejusmodi graviorem irreverentiam in Confessione diligendi. Ita se res habet in casu nostro.

§. 111. An addat novum peccatum qui communicat cum peccato mortali, quando prohibetur à communione, ex praecepto humano.

Exemplo quaestiones statim faciliè percipies: sit §. g. quis excommunicatus, vel sit non jejuniis, peccatis dupliciter, si communicet: uno quidem peccato, contra divinum, & naturale praeceptum, quo caveatur, ne sancta indignè tractentur: & altero item contra humanum Ecclesiae, quo prohibetur ne excommunicatus vel non jejuniis ad Eucharistiam assumendam accedat?

6. Suarez disp. 66. de Euch. sect. 1. §. Dico ergo, docet esse duo peccata, quia sunt duae deformitates. Hurtadus disp. 9. de Euch. diff. 1. docet esse unum duntaxat, quia quatuor praecepta ex eodem motivo multiplicantur, peccatum contra ipsa commissum nequaquam multiplicatur: Atqui idem est motivum illorum plurimum praeceptum, nempe Religio, seu cultus, ex reverentia Christo Domino debitus: ergo &c.

7. Profecto cum hac posterior sententia probabiliter magna firmiter, excipi sine scrupulo potest: & consequenter satis, abundèque erit sic te accusare, etiam si excommunicatus ad Communionem accessisti: Com-

Par. 11.

municari indignè graviter, vel: Ego Excommunicatus ad Eucharistiam accessi. Iam enim hoc pacto, non indoctus Confessarius intelliget te indignè graviter accessisse.

8. Quid, si, quamvis excommunicatus, fuisses tamen in statu gratiae, id, quod tunc evenire poterit, quando non valuisti abolutionem excommunicationis obtinere, nec per te, non obtinere stertis, si, inquam, tum accessisses ad Communionem excommunicatus, probè ne in Confessione tuum peccatum explicares, si diceres, Excommunicatus accessi? Probè: ex Delugo de Euch. disp. 14. sect. 1. n. 21. quia, iam existens propter ipsum accessum in peccato mortali, Eucharistiae particeps fuisti: si quidem indignè graviter ad Communionem, eo ipso accedere ausus es: quod excommunicatione commaculatus animum ad illam, non urgente necessitate accedendi habuisti: id enim graviter prohibet Ecclesia. Dixi (non urgente necessitate) nam, ut ex infra dicendis §. 6. n. 26. colligitur, illa urgente, nec tua culpa, non absolutus, non peccasti, communicando, atque adeo Confessione non indiges.

§. 1 V. De accedente ad Communionem cum peccato veniali.

9. Est ne peccatum accedere ad Sacratissimam Eucharistiam cum peccato veniali?

Valquez de Euch. disp. 207. n. 18. quem sequitur Ioan. Sanchez in select. disp. 22. n. 9. citans Filliuc. Hurtad. Ledesnam, & alios: docet non esse, ne veniale quidem, si quis comitanter accedat, cum affectu actuali ad veniale, sive cum venialibus habitualiter, sine aliqua displicentia de illis. Dicit comitanter; nam si quis accederet ad Eucharistiam, ob finem venialiter malum, v. g. ob vanam gloriam: quia finis specificat actum; esse veniale non est dubium. Ratio principalis huius sententiae illa est, quia veniale peccatum huius Sacramenti effectum praecipuum non impedit, ut est communis Theologorum assensus apud Suarez de Euch. disp. 63. sect. 3. peccatum enim veniale nequaquam opponitur gratiae: & ex alia parte, non obligantur fideles ad procurandum omnem effectum, quem causare potest Eucharistia, nec ad omnem excogitabilem reverentiam, quam religiosa pietas potest exhibere: si enim ad hoc obligantur, peccaret venialiter Fidelis, nisi cum omnibus actibus, quos moraliter potest, sese disponeret, quod tamen nemo dicit: non igitur obligatur se disponere, omne veniale removendo.

10. Suarez d. 66. sect. 1. §. Dicendum in primis: quem sequitur Delugo de Euch. disp. 14. sect. 2. n. 31. putat esse veniale, nisi quando in peccatis actualibus excusetur quis quod non posset se faciliè recolligere, venialeque detestari. Ratio praecipua, quam hic inculcat Delugo, est, quia irreverentia censenda est: cum ejusmodi malis, quamvis levibus, quasi cum veste nuptiali aliquantulum sordida, tanto convivio interesse.

11. Verum enim verum cum certum sit fideles nequaquam obligari ad omnem excogitabilem reverentiam, ut dictum est: deberet probare Delugo ad hanc specialem reverentiam nullas veniales maculas habendi, obligari Fideles: quod Valquez, spectata hominum fragilitate, venialiumque peccatorum tenuitate, negabit. Vtrique igitur sententia probabilitate non caret: quare complectere tutò, quam mavis.

§. V. De actuali devotione in sumendo Sacram Eucharistiam.

12. Quamvis per actualem devotionem aptius anima disponatur, adeoque majorem gratiam, uberiusque participet, illaque semper sit optanda, & pro virili parte procuranda, tamen, sine actuali devotione, dummodò sit quis in statu gratiae, ejusdem augmento ex opere operato non frustrabitur. Ita S. Thom. 3. p. 2. q. 79 in corpore, & ad primum quem sequitur Suar. Valq. alij. Vide Hurtad. de Euch. disp. 8. diff. 3. unde sequitur minime peccare, ne venialiter quidem, eum, qui illa actuali devotione carens ritè communicat.

F 13. Non

13. Non quod concedimus de industria distractum, ad profana negotia communicantem, immunes fieri à peccato veniali: siquidem ab eo illum liberare non possumus, iudque ob defectum reverentiae debita: Christum enim Dominum hospitem recipi aniqua omnia alia de industria, præter ipsum, vel ad ipsum spectantia cogitante irreverentia est. Sed dictum actuali illa devotione: saltem involuntarie carentem non frustrari augmen-
to, gratiæ ex vi Sacramenti, nec ex hoc capite, venialiter delinquere.

14. Dices Paulū ante, tanquam probabile, concessimus non esse peccatum veniale accedere ad Eucharistiam cum actuali peccato veniali comitante: ergo multo magis erit probabile, non esse veniale accedere cum voluntaria distractive, quæ frequentissime de materia solet esse indifferenti. Respondco. Supta diximus non esse veniale cum aff. & ad veniale communicare, ad quem aff. cum habendum non est necesse, ut dum quis communicat, actu ad obiectum illius peccati venialis cogitationem d. figat, ut p. se patet. Insuper ibi diximus, quod si communicatur, non necessario, sub pœna venialis, veniale excludere obligatur: quia veniale non, opponitur gratiæ: & quia, flante humana fragilitate, non probatur ab adversariis hanc peculiarem reverentiam excludendi affectum ad venialia omnino requiri à communicaturo: at nunc docemus omnem distractionem voluntariam esse sub pœna venialis excludendam: & inde id probamus, quia irreverentiam clare olet, recipi Christum Dominum, tanquam hospitem, ab anima voluntarie alia transiente: quare hæc distractio voluntaria videtur immediate attingere Christi personam, ut ad te venientem, ille autem aff. ad veniale non item.

§. VI. De Confessione præmittenda Communioni.

15. **S**ive præceptum humanum Ecclesiasticum, ut tenet Ioan. Medina *Codice de Confess.* q. 17. Navar. in *initio de Pœnit.* dist. 5. in 3. p. Glossæ. n. 31. & 32. sive Divinum, ut Suarez, Velazquez alique apud Delugo *disp.* 14. de *Euch.* s. 4. n. 69. communiter merito tenent; certum est ex Tridentino *sess.* 13. c. 7. cap. 11. debere sibi mortali obligatione, ante lumen hominum Ecclesiasticum fieri Confessionem omnium peccatorum, etiam ab eo qui putat se esse perfectè contritum; sic etiam habent Tridentini Concilij verba: *Nullus sibi confisus mortaliter peccati quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissis Sacramentali Confessione, ad sacram Eucharistiam accedere audeat.*

16. Sed quoniam idem Concilium sic paulò post, dicto cap. 7. addit. *Modo non desit copia Confessoris: quod si necessitate urgente, Sacerdos absque prævia Confessione celebraverit; quamprimum confiteatur.* Ideo dantur casus, in quibus fideles exultant ab huiusmodi Confessione præmittenda, modo præteritum actum perfecta contritionis, saltem exlimatam, si conscientia peccati mortalis graventur: ut nimirum, si statum gratiæ Eucharistiam recipienti omnino necessarium, ut supra, diximus, quantum possint, acquirere contener, ut

17. Vt autem hi casus ante oculos ponantur, tres ille Tridentini clausulae sunt nobis explicandae sigillatim. Primò illa, *modo non desit copia Confessoris*. Secundò, *urgente necessitate*. Tertiò, *quamprimum confiteatur*. Hæc enim tria simul concurrentia sunt omnino necessaria, ut cum sola contritione communices, Defectus Confessarii, Urgens necessitas, & Voluntas quamprimum confitendi, Initium faciamus à primo.

Modò non desit copia Confessoris.

18. **S**i ad hoc Sacerdos mortuus, vel carens iurisdictione, vel nolens audire, vel aliter impeditus, dicitur deesse capite Confessoris. Huc reductur quando Religiosus habet casum reservatum, & Superior semel, & iterum requisitus negat pio Confessorio licentiam, ut illi ab eo absolvat: sive quia Superior vult, ut poenitens sibi presentetur: sive quia vult, ut petat per alium, cui

ipse Superior magis confidit. Docet enim *Vagabundus* *re*
Eccl. præcept. lib. 3. cap. 9. n. 17. & 12. in idem *legimus*
dumtaxat 1626. citans D. Thom. Henric. Rodio *21. T.*
Silvestrum, aliosque; quod in tali casu dicitur tali
ligio deesse capia confessoris. Ratio esse potest
dum eam licentiam petit per pium Confessorium
est rationabilis causa non confitendi illi quod
rior assignat, facit quantum moraliter obligat
si non obtinet: perinde est, ac si abesse Confes
rens absolvere. De hoc iterum *re* *confiteri*
Item si times grave malum, vel revelationem
hoc, & alius absit, dicitur abesse Confessarius
hoc eventus debet alia mortalia, si ea habes, con
is omisiss, propter quæ malum illud times. Sic
disp. 14. de Euchar. sect. 5. num. 82. Sola *exco*
dicitur alteri absenti, vel si tibi adit privilegium
absit tuus parochus, non sufficit ut dicatur deesse
fessor. Sic Delino *ibid. num. 16. & 18. Suarez* *de*
Mora differendi Confessionem an sufficiat, vide *de*
19. Præterea si distet Confessarius, tribus *de*
liaribus; Canus sentit, quod distet. Alij fecerunt
etiam tunc, si non singulari diebus, saltem
estit adeundus. Melius Suarez & Vasquez apud
num. 83. docent hoc esse circumstanti arbitrio
vis, cūm dependeat à relinquentiis persona, *re*
difficultatis numeris, &c.

20. Denique illud hic difficile est, & controversum: Quomodo scilicet, qui habet casum reservatum, adit confessorius potens absolvere, si servatus, urgente necessitate, se gerere debeat. Testis sententia. Prima Suar. *disp. 66. de Euch. sibi & de casus*, docentis esse probabiliter te debere confiteri mortalia reservata, tum non reservata inferentia directè lucraberis abolitionem non reservatorum servatorum verò indirectè. Dicit (mortalia) tam præter mortalia reservata, solis venialibus quæ certum est apud omnes, te nunc ad confessorium obligari: quia pro reservatis non adest Confessio ginitus, pro venialibus Confessione non indiget, tamen ex Coninch. *de Euch. disp. 80. n. o. 2. & disp. 8. de pen. n. 107.* si velis, idque, etiam simpliciter cordi nullam habenti approbationem, non sufficit, dum absolvens directè a venialibus & indirectè a mortalibus potest indirectè a mortalibus absolvere, quilibet Sacerdos potest indirectè a mortalibus absolvari. Id non esse contra Trid. probat *de Euch. disp. 14. sect. 5. n. 97.* Quæ sane doctrina testatur universaliter illos, qui quibuscunque mortalibus gravati, valde difficilem experiuntur confessionem actum; poterunt enim, imò tenentur ex Coninch. *Euch. q. 8. n. 16. & disp. 8. de pen. n. 106.* quando cunctis Confessor deest, & communicare ex necessitate urgente volunt ritè, de venialibus, & mortalibus simili simpliciter Sacerdoti ea confiteri. Dixi ritè de venialibus, & mortalibus attritio; si enim occurreret, aliquis attritus quidem de mortalibus, & nullo modo de venialibus, sic confiteretur; invalidè confiteretur, sacrilegè: nam non accederet dispositus ad Sacramentum: si enim nullam haberet de venialibus sufficientem attritionem; de illis valide non absolvetur, unde, nec indirectè de mortalibus, lege quæ movet in fine num. 22.

[illegible]

reservata illi, qui eorum iudex nec est, nec esse

21. Tertia sententia est Ioannis Delugo. de Euch. disp. 14. sect. 5. q. 8. qui probabilis putat, te teneri quidem confiteri mortalia non reservata inferiori, non vero confiteri mortalia reservata. Ratio prioris dicti est, quia tenemur praemittere Confessionem peccatorum in quantum possumus: at tunc illa non reservata confiteri possumus. Nec tamen dividimus Confessionem formaliter, sicuti non dividiat Confessionem is qui taliter peccatum Confessario, propter grave nocumentum sibi timet, cetera autem rite confitetur. Ratio posterioris est illa eadem, quae modo dicebatur, contra rationem: Ad quid enim peccata reservata huic aperis, deinde nullam in illa exercere Iurisdictionem potest? Atque hoc sequitur, ibid. num. 98. quod potes in praedicta contra rationem, non potes simpliciter Sacerdoti fateri venialia, tacende mortalia reservata & (ob parvam rationem) etiam non mortalia reservata, a quibus absolvere talis Sacerdos directe non potest, sed indirecte a mortalibus absolveris. Quod est eadem ratio, quod dixerimus in fin. n. 20.

22. Quod si obicias, Qui habet peccata reservata, non reservata, non potest, ex communissima opinione, confiteri, non reservata inferiori, & reservata servare Superiori: de qua re nos etiam diximus in Methodo Confessionis lib. 2. c. 10. §. 1. num. 17. quia non potest dimidiare Confessionem: ergo nec poterit in casu nostro. Respondetur, doctrinam antecessentis veram esse in habente Confessionem Superioris: quia certum est non posse dimidiare Confessionem sine necessitate: at in casu nostro necessitas est, de quo casu necessitatis tota haec praesens discussio tractat.

23. Confiteri id potest, quia non ignobiles auctoritates Sacerdotum. tom. 4. deest de pen. disp. 2. §. 2. n. 7. Granado de Confessione lib. 2. c. 10. §. 1. num. 22. apud summam Confessionem, celebrare Missam, n. 4. sentiunt, quod Sacerdos non alius copiam Superioris non habens, potest inferiori confiteri subiacendo reservata, ob id solum, ne multum differat Confessionem, vel Communionem: siquidem longa mora iniquum est gravissima necessitas: tum quia periculum moriendi in peccato: tum quia diu privati Communionis est ingratissimum detrimentum. Advertunt tamen non sufficere, si solum per unum, vel alterum diem differatur, licet sufficere inclinet Mendoza, 2. 2. de Confessione, §. 190. quia una etiam nocte est periculum moriendi: sed non placet: quia etiam in una hora est tale periculum. Si hoc igitur non est dimidiare Confessionem formaliter, nec erit in casu nostro.

24. Haec tres sententiae omnes sunt probabiles: quae commodior cadet, eam amplectitor: semper, ut certum est, cum onere subdendi peccata non in directe Confessario potenti ea directe absolvere, quantum illi aderit tibi copia. Verum ad complementum humanitatis difficultatis aliquid de habente excommunicationem dicemus.

25. Qui habet excommunicationem siue reservatam, siue non reservatam, nec habet copiam potentis illam absolvere, urgente necessitate, (qualem sine dubio reputamus excommunicari dicemus num. 44. esse, si in infer peccatum gravis infamiae) semel aut bis celebrare, atque ab eo communicare posse, cum contritione, & tremore, docet Henricus lib. 8. de Euch. cap. 47. Alij tamen communiter docent, semper, urgente necessitate, excommunicatum cum contritione communicare posse: atque etiam si sit Sacerdos, sine metu incidendi in suspensionem, vel irregularitatem, posse celebrare. Sic Suarez de pen. disp. 31. sect. 3. n. 6. Coninch disp. 8. n. 107. alios si ferentes. Ratio est: quia praecipuum Ecclesiae, quae censuram imponit, non obligat cum tanto detrimento, ut sunt omnia praecipua humana.

26. Sed hic suboritur quaestio, An hic excommunicatus, sicuti potest contritus communicare, sic possit

Part. II.

confiteri non reservata, ut ab illis directe absolvat, & indirecte a reservatis: cum tamen semper ut certum est: remaneat excommunicatus, quia supponimus, non adesse Confessarium potentem libertate penitentem a praedicta censura. Negat Vaquez de pen. 9. 109 art. 3. dub. 9. num. 8. quia excommunicatus, non praemissa absolutione a censura, non potest valide ab ullo peccato absolvi: Concedunt Suarez, de pen. disp. 31. sect. 3. n. & Sanchez lib. 2. in Decal. c. 8. n. 3. quia putant contrarium, hoc est, posse valide absolvi. Vtrumque probabile.

Id, quod diximus de habente excommunicationem, dicendum etiam est de suspensio, vel irregulari, urgente enim simili necessitate, possunt celebrare propter eandem rationem. Sic Hurtadus de Euch. disp. 9. diff. 7. Avila 2. p. cap. 8. alios; citans Laym. lib. 3. sect. 5. tract. 3. p. 3. c. 12. n. 6. quia nimirum haec similitudo sunt impedimenta induta a legibus ecclesiasticis, quae in eo casu necessitatis non obligant.

28. Petes denique, ille Religiosus, de quo num. 18. meminimus, si, modo ibi dicto, non obtinet a Superiore per ipsum illum Confessarium licentiam; ut absolvat a casu, vel excommunicatione reservata, potest ne (si in infer infamia, ut communiter) confiteri, & absolvi directe a praedicto pio Confessario, vel alio inferioris Religioso: posse inclinat Fagund. 3. Eccl. praec. l. 3. c. 9. n. 17. in praedict. impr. Lugd. ex praesumpta licentia Generalis, vel Papae. Mihi id difficile videtur, quia rationes, quas affert, qualesque late discutere non est nostri instituti, non sunt tanti ponderis, ut vincant illam efficacissimam, nempe quod talis inferior, actu caret iurisdictione in illa reservata. Et dum Generalis, vel Papa raram semper habent talem reservationem, non videtur praesumere eam velle tollere independentem a Superiore, cui reservant: & propterea fortasse in sequ. editione, deleta fuit illa doctrina Fagundez, imino ipsemet se de hoc retractavit tom. 1. in Decal. lib. 1. cap. 45. num. 20. fine. Ille igitur Religiosus in eo casu, vel se conterat, & communique: vel, iuxta sententias supra allatas, confiteatur ita, ut directe absolva- tur a non reservatis, & indirecte a reservatis, semper cum onere subdendi clavis non dum directe absoluta, ut dixi n. 25.

Virgente necessitate.

29. In triplici casu Doctores communiter conveniunt in hac re, adesse urgentem necessitatem. Lege Delugo de Euch. disp. 14. sect. 5. num. 107. Primum quando inest alicui mors: hic enim, si non potest absolutionem Sacramentalem obtinere; praemissa contritione, potest communicare.

30. Secundum potest item Sacerdos carens copia Confessarii eam contritione celebrare, atque adeo communicare, ad dandum viaticum alteri, qui existit in periculo mortis, si forte, aliunde non suppetant particulae consecratae.

31. Tertium potest eadem facultate uti is, qui incurteret infamiam, aut detrimentum nisi communicaret: Ratio horum est, quia, quae necessitates sunt, si haec non sunt.

Item vero quo ad primum, nihil est, quod addere praeterea oporteat.

32. Quo ad secundum, advertat curiosus solutionem cuiusdam obiectionis. Cur enim possit omitti confessio a Sacerdote ad dandum viaticum: non possit autem ab eodem, ex receptissima opinione, propter eandem causam dandi viatici, celebrari sine vestibus sacris, vel sine utraque specie; vel ut multi tenent (de qua re infra cap. 2. §. 8. n. 31. a non jejuno: & tamen haec sunt praecipua ecclesiastica: illud, de praemittenda Confessione ante Communionem, participat de Divino. Respondet negando adesse praecipuum vel divinum, vel humanum, vel alio modo urgente necessitate, ut patet ex citato Tridentino bene perpenso. At, cetera illa praecipua ecclesiastica cum tanto rigore sunt imposita, non autem cum eodem illud de praemittenda Confessione ante

Communione; quia in Communionem compensatur satis superque reverentia Christo debita per contritionem, per quam anima statum gratiae recuperat: at in aliis casibus Ecclesia ita iudicante, non est unde reverentia compensetur. Hæc responsio videtur expeditior quam ea, quas aliqui hic conantur asserere. *Legge Delugo disp. de Euch. 1.4. sect. 5. n. 108.*

33. Quo ad tertium casum, in quo sunt duo capita, infamia, & detrimentum, ut magis explicetur, hæc habet.

Primo ex *Henric. lib. 8. c. 46. n. 3.* potest Sacerdos, præmissa contritione, sine confessione, si absit Confessor, celebrare, quando Missæ sacrificium omittitur, sine infamiae nota, non potest. Quod idem est de Laico vel religioso, quibus, iuxta supradicta, deest copia confessio, si pari modo non possent absque nota à Communionem cessare. Hinc si quis ad altare ante lineum communicaturus mortalis peccati commissi post legitimam confessionem recordetur (quando ex eodem Henricus non debet à Sacerdote communicante audiri) si recedendo timet notam infamiae, quam, si coram aliis communicet, moraliter semper timere merito potest, ut docet *Villalobos in Manuali c. 2. n. 24. circa med.* se contere poterit atque communicare. Quod si ejusmodi peccatum, cuius tunc recordatur, sit ex commissis ante legitimam confessionem, atque adeo indirecte absolutum, dicam infra n. 88.

34. Secundò, cum Delugo ex *Vasq. de Euch. disp. 14. sect. 5. n. 113.* idem de Sacerdote, qui recordetur se esse in peccato mortali, vel dum vestitur sacris vestibus, vel dum celebrat live ante consecrationem, live post: semper enim pari modo, si divertere, minus potest, ut certè ex *Henric. lib. 8. c. 46. n. 3.* si incepit Missam, numquam saltem propter reverentiam Sacrificij, potest divertere ad querendum Confessorem; se conterat, Sacrificium incipiat, vel prosequatur. At si possit (ut in Missa Solemnium sit concio, vel cantatur Gloria) breviter cum suo Diacono v. g. qui esset Sacerdos Confessarius confiteri deberet utrique, ex *Laym. lib. 5. r. 4. c. 6. n. 5.* quia tunc cessat excusatio ducta, vel ab infamia, vel ab irreverentia.

35. Quòd si in prædictis casibus recordetur Sacerdos se esse excommunicatum, suspensum, interdictum irregularem; idem dicendum est live recordetur post consecrationem, quod communiter admittitur, live ante, quod multi probabilissimè, concedunt: & rectè Sanctus Bonaventura apud Bonac. *De Euch. disp. 4. q. 6. p. 1. n. 15.* & 16. & apud Coninch. *de Euch. q. 8. art. 5. dub. 2. n. 16.* observat inchoatam Missam semper esse perficiendam, quia ferè nunquam omitti solet sine scandalo, hoc est sine nota; adde, & sine irreverentia.

39. Alium casum ponit Zambranus, *de Sac. pœn. c. 4. dub. 6. n. 6. & 7.* in quo utitur hac doctrina, propter notam, vel infamiam. Etenim, si vocetur Sacerdos ad communicandum infirmum, qui dicat se velle reconciliari, inveniaturque pluries Sacramentum Pœnitentiae invalidè suscepisse, vel quid simile, unde Confessarius, brevi illum expedire, atque absolvi non valeat, quid agendum? Enim verò, si ægritudo eò periculi pervenerit ut mors iure timeatur; præmittenda est confessio breviusculæ; cumque accusatione generali absolvatur, communiceturque infirmus hac lege, ut promittat se vocaturum Confessarium cum quo confessionem perficiat. Quod si morbus non id periculi afferat, nec per illam brevem moram confessio absolvi queat, non est præmittenda confessio, sed cum contritione, parique dicta promissione accersendi Confessarium, communicetur. Ratio prioris dicti est, quia si evitantur incommoda, dum infirmo non negatur communio, cessat infamiae nota; præmittiturque confessio, tunc, moraliter possibilis. Ratio posterioris est, quia ex una parte non est necessitas præpropere seu dimidiatae confessionis, & ex alia scandalum seu infamia vitatur. Hæc probabiliter ex Zambrano.

37. Quod dictum est de infirmo, extendit Granado in 3. p. contr. 7. disp. 5. sect. 3. n. 20. ad quemlibet communicare, atque adeo celebrare volentem. Si enim non

potest omitti Communio, sine scandalo, & aliam necessitas confessionis adeo longæ, ut tunc periculum sit, posset peritescere communicare præmissa contritione. Immo probabile iudicat, si contritio, propter excusationes vitæ non elicienda; posse attinere ad confessionem dimidiatam præmittere, cum onere postea confessionis, & absolvi, ac communicare propter paritatem rationis, erit etiam probabiliter firmo modo dicto in fine numeri præcedentis.

38. Hæc pertinent ad caput infamiae. Sequuntur quæ pertinent ad detrimentum, live spirituale temporale.

Tertiò igitur, ut in die Festo alij Missam parochus, live non parochus potest cum contritione de sit Confessor, celebrare: idemque erit, ut ipse sacerdos satisfaciatur præcepto de audiendo sacro, quia Ecclesia mater, & Dominus misericors Patrem non iudicatur velle eos private bono Sacrificij eo die, quo ipsa sub obligatione præcipitur. Nam vis opinio contraria sit probabilior, quia non oportet relinquentes tunc Missam notabile damnum: & præceptum de audienda Missa non obligat, nisi modo, hæc tamen saltem propter auctoritatem eam Doctorum eam approbantium, cum Delugo *de Euch. sect. 1. n. 114.* Fag. præcep. 3. lib. 3. c. 9. p. 1. n. 114. est. Non obligatur autem in tali Casu Sacerdos celebrare: quia potest tenere prædictam opinionem, quando non possit: sicut in simili dicemus n. 42.

39. Quid de illis qui celebrant ex onere capite vel ex indigentia elemosynæ ad sui necessitatem sustentationem. Aliqui cum Bonacina *disp. 4. de Euch. q. 6. p. 1. n. 23.* ad hos etiam extendunt hanc facultatem celebrandi sine confessione, cum contritione, si Confessor, etiam cessante nota periculo, quia tamen adesse sufficiens necessitas, Adverit tamen delenda id esse cum grano salis intelligendum: nec ratio facile concedenda: tum quia onera Capellanorum guntur data sub debita decencia, & poterit illis minus, si per se, in statu gratiae, vel per alium tantum quia poterit aliunde ille Sacerdos sibi de eo providere. Hæc ille. Ego sanè in habente onera Missæ sufficientem necessitatem non agnosco: in Sacerdotinoque, tum demum agnoscerem; cum ageretur de extrema vel certè multum gravi necessitate.

40. Ut observet quis præceptum Communione chalis, uti potest prædicta facultate. Ita Henr. *lib. 8. c. 26. n. 4.* Coninch. *disp. 80. de Euch. n. 17.* quia ista necessitas iudicanda est, saltem semel in anno, dum cibis nutriti, ac refecti, & sine controversia missæ Missæ interesse die festivo.

41. Sed age iam, si potest, debetne? Ex his Doctorum sequitur debere: in tantum enim excusatur ab observando præcepto Communione, qui non possit: Sed iam potest: ergo non excusatur. Quia simili Ludov. à Cruce in *exposit. Bull. Cruc. disp. 1. n. 5.* Ex alio capite, sic, obligaremus illum ad hanc contritionem, quæ satis difficilis est: nec præmittenda nova onera Fidelibus, sine evincitibus rebus, sunt. Propterea iudico non esse improbabile, posse quidem, sed nequaquam obligari.

42. Adde, quod Suarez apud Delugo. *disp. 1. de Euch. sect. 3. n. 11.* tenet probabilius esse, quod non sit, pedum, quod non debeat: quia lex, inquit, ad Communione, nisi quando hæc debito, modo haberi potest. Quæ quidem opinio cum viri, & tam bona ratione firmata, probabilis est, quilibet, & multo magis ille, cui difficultas contere; seque poterit hanc Suariz opinionem Communione se continere: sicuti in simili delugo n. 38.

43. Denique, quid dicendum ut observetur quod, aut præceptum mere humanum? Dico cum Delugo *ibid. n. 117.* non posse ex his

capite Ratio est, quia votis vel præceptis merè humana non nisi de rebus intelliguntur, quæ modo debito, legiti-
mèque possunt impleri. Adde in his non adesse neces-
sitatem illam, quam spectavit Ecclesia in communione
Paschalis: spectavit enim necessitatem cibi, alimentique
spiritualis, non cuiuscunque; sed ejus, de quo Christus
Dominus cum tanto rigore dixit: *Nisi manducaveritis*
carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis. Nam
propterea nos modo notanter addidimus illam vocem
(merè humana) & similiter præceptum de audientia
Missæ, ex probabiliore sententia, non asserere tantam ne-
cessitatem iudicavimus supra num. 38.

44. Petes, hæc necessitates sunt ne etiam respectu ex-
communicationis. Respondeo, Coninchius sentit maio-
rem necessitatem requiri ad communicandum in ex-
communicatione, quam in mero peccatore: quia Ecclesia
exspectat excommunicatum arceat à communione. At
vero Vasquez de Euch. disp. 208. c. 3. n. 13, quem sequitur
Delugo de Euch. disp. 14. sect. 5. n. 104, dicit se non in-
venire differentiam: immò, si quæ esset, maius impedimen-
tum asserere peccatum, quod inducit impedimentum de
iure divino, quam asserat excommunicato, quæ de iure
Ecclesiastico.

Dico in hanc sententiam, Ecclesia prohibet excom-
municato ne communice, nec celebret. Quando ergo
talis prohibitio non obligat, poterit communicare, vel
celebrare: quando obligat, non poterit. Quoniam igitur
ex quo quando instat grave nocumentum non obligat (qua-
le sine dubio in omnium sententia est instans mortis, gra-
vis infamia, & Missa inchoata) poterit celebrare, vel
communicare deficienti Confessario, cum Contritione.
At quia in aliis casibus, præter hos tres dictos, non ap-
paret regulariter grave damnum, tale, quod excommu-
nicatum eximat à prohibitione communicandi, vel
celebrandi, ideo nequaquam poterit.

Quamprimum confiteatur.

45. **Q**ui, urgente necessitate elicto contritionis
actu, sine confessione communicavit; explo-
ratum certumque est suo tempore, hoc est regulariter,
vel ante aliam Communionem, vel quando urgebit ne-
cessitas implendi præceptum de annua confessione, ha-
bita copia Confessoris, debere sua peccata mortalia
solvere clavibus. At quia loquens Concilium de com-
municante sine confessione, urgente necessitate; addit
Confessionem Sacramentalem quamprimum postea esse
faciendam: ideo id nunc explicandum erit.

46. Et primò quidem, hoc sive præceptum, sive
consilium, non extendi ad laicos, immò nec ad Sacer-
dotes extra Missam communicantes, certum sit. Ita
Suarez de Euch. disp. 66. sect. 7. Vasq. de Euch. disp. 208.
c. 3. n. 13. Ioan. Sanchez in Sel. disp. 32. num. 12. Ratio est
quia Concilium cum universaliter in præcedentibus, pro
omnibus fidelibus, locutum fuerit; deinde subdit in hanc
sententiam: *Quod si necessitate urgente Sacerdos absque*
prævia confessione celebraverit, quam primum confiteatur.
Nota illud Sacerdos, & illud celebraverit. Ratio etiam
est congrua: quidem maius periculum indignè acce-
dendi subest in Sacerdotibus, qui quotidie celebrare so-
lent, quam in cæteris.

47. Deinde estne id præceptum latum à Tridentino
an consilium dumtaxat? si prius, Sacerdos quamprimum
non confitendo, peccabit: si posterius, non item.

Theologi communiter (præter duos, vel tres mox
adducendos num. 48.) Suarez, Vasquez, Reginaldus
Coninch. Fillucius, Hurtadus, Bonacina, quos Ioan.
Sanctus in Select. disp. 32. num. 12. sequitur, citatque: qui-
bus addit Castropalaum, de legib. disp. 1. p. 9. n. 3. sine, ac
Delugo de Euch. disp. 14. sect. 7. init. asserunt esse præ-
ceptum sub mortali. Et Delugo quidem id confirmat
dubius rationibus. Primò quia in hoc sensu præcepti
videtur hæc Concilij verba explicari in regulis Mis-
sæ & omnia: in quo, pro illis verbis, *quamprimum con-*
fiteatur.

fitur, ponuntur hæc *quamprimum debet confiteri*. illud
autem debet, clarius (inquit Delugo) exprimit obligatio-
nem. Secundò quia si ea Concilij verba præceptum non
continent; idem esset dicendum de plerisque præceptis,
quæ ab eodem Trident. in decretis de reformatione, per
similia verba, ponuntur. Immo non aliis verbis im-
positum fuit præceptum annuæ Confessionis, Cap. *omnis*
utriusque sexus, de pen. & remiss. Hæc ille.

48. Nihilominus aliqui non agnoscunt in his verbis
præceptum obligans, sed solum consilium pium, piam-
que adhortationem; & ad summum, si est præceptum
esse solum putant sub veniali. Ita tenet Petrus Ledesma
in Summa de Euch. p. 1. c. 1. ante 9. conclusionem & Hen-
ricus Villalobos in Summa p. 1. tr. 7. diff. 37. n. 7. & in
Man. c. 4. n. 24. circa finem. quibus possem libenter addere
Stephanum Fagundez præcep. Eccl. 3. tr. 3. l. 3. c. 8. num. 9.
qui, quamvis in his Concilij verbis obligationem nos-
cat, tamen illam particulam *quamprimum* ita intelligit,
ut dicat, Sacerdotem postea posse confiteri, quando vo-
luerit iterum celebrare, etiam si id fuerit post duos, vel
tres menses: paremque in hoc facit Sacerdotem cum
Laicis: utrique enim ante novam Communionem præ-
mittere confessionem debent. Merito ergo connumerare
hunc autorem possem inter eos, qui ejusmodi præcep-
tum non agnoscunt: cum obligationem, quam ait se agno-
scere, ita explicet, ut in praxi vix agnoscere videatur. Scio
à Ioan. Sanctio disp. 2. cit. n. 12. absolute citari Step-
hanum Fagundez pro sententia Ledesmae, & Villalobos:
sed, si attente Stephanum legas; advertere ab ipso suppo-
ni quidem præceptum, sed dicto modo explicari.

49. Equidem non possum priorem sententiam agno-
scentem in illis verbis præceptum sub mortali, non fa-
teri probabilem esse, scio tamen, & hanc non agnoscentem
esse probabilem.

Primò, quia illud imperativum *confiteatur quamprimum*,
solum esse videtur exhortatio: cum enim potuerit
Concilium uti gravioribus verbis imperium explican-
tibus, ut v. g. iubemus, præcipimus &c. tamen ab hu-
jusmodi præcipiendi rigore se temperavit. Signum er-
go est verè non imposuisse præceptum. Adde, quod
Doctores quarunt universaliter, an verba imperativi
modi, & in actu exercitio præceptum indicantia, abso-
lute prolata, præceptum contineant, qualia sunt: *Faci-*
te, solvite, abstineant omnes, nemo audeat, & his æqui-
pollentia. Et primò sunt aliqui qui putant probabiliter,
hæc nequaquam continere præceptum, sed consilium.
Sic Caët. Castro, & Carbo citati à Castrop. de legib.
disp. 2. p. 9. num. 3. Alij Secundo probabiliter censent qui-
dem præceptum continere, sed solum sub veniali, non
autem sub mortali. Sic Navarrus; Sayr, citati ibid. ab
eodem, Alij denique Tertio probabiliter item dicunt
prædicta imperativa verba, tunc solum præceptum in-
dicare sub mortali, quando sunt in materia gravi. Sic
Th. Sanchez, quem citat, & sequitur idem Castrop. ibid.
nec alias opiniones probabiles invenies de hac re. Iam,
si sequamur primam opinionem; sanè in re nostra hoc
est, in illo *confiteatur quamprimum*, non inveniemus
nisi consilium. Si sequamur secundam; non erit nisi
obligatio sub veniali. Si sequamur tertiam; non erit
mortale: quia ut probavimus mox num. 54. materia in
casu nostro, non est gravis.

50. Secundo. In casu dubio, an verba aliqua legis
præceptum obligans importent, an consilium; tanquam
regulam certam ponunt Doctores reputanda esse con-
silia, & non præcepta. Et ratio est, quia cum lex sit gra-
vis, & onerosa, semper in benigniorem subditorum
partem est intelligenda. Adde, quod in dubio melior est
conditio possidentis; ergo in dubio, lexne sit obligans,
an non obligans; melior erit conditio humanæ liberta-
tis, quæ à tali obligatione immunis est: ergo obligans
non erit. Ita Sanchez, lib. 6. in Decal. cap. 4. num.
66. Castrop. disp. 1. de leg. p. 9. num. 1. alique. Et gene-
raliter quoties verba legis intelligi possunt de obligatio-
ne veniali, non debent ad mortale extendi: quia semper in
dubio,

dubio, & in pœnis benignior interpretatio faciendâ est l. interpretatione, & l. si Præses ff. de pœnis. c. in pœnis de reg. iur. in 6. traditque Sayrus lib. 3. clavis, c. 7. num. 29. & Sanchez ibid. n. 66. His ex doctrina eorundem, qui in nostro casu nobiscum non sunt, positâ, sic subsumo: Illa verga Concilij, quamprimum confiteatur, dubia sunt, an importent præceptum, an consilium, ergo consilium. Rursus eadem verba possunt commodissime intelligi de obligatione veniali: ergo non de mortali.

§ 1. Tertio, quia optabile est, ut enixè optat Navar-
rus in Summa c. 23. n. 62. in fine, à legislatoribus nemi-
nem obligari ad peccatum: & iuvat tot humanas leges
sub præcepto obligantes diminueret, ne tanta præcepto-
rum multitudine Hebræis peiores efficiamur, quare
hoc, de quo agimus præceptum, etiam diminueret operæ
pretium est. Nec Navarri solum est ejusmodi delide-
rium, sed S. Augustini, sed S. Thomæ: cœquos autem
Doctores, quæ sapientiæ lumina nomino, cum hoc ap-
pello? Audi Sanctum Thomam p. 2. q. 107. art. 4. in corp.
In quibus quidem legibus humanis, etiam Augustinus q.
119. c. 9. ait esse moderationem attendendam, ne conver-
satio fidelium onerosa reddatur. Hæc S. Thomas Et paulo
post tolerabiliorem vocat Iudæorum conditionem
quam illius Ecclesiæ, in qua legum moderatio non adfuit.

§ 2. Nec obstant rationes in oppositum n. 47. addu-
ctæ. Non prima: quia scilicet Missale Romanum loco il-
lius quamprimum confiteatur, habet quamprimum debet
confiteri: non obstat inquam. Primum, quia ipsemet Delugo
in eodem tomo de Eucharistia, disp. 20. sect. 4. n. 104. ait
Missalis Romani rubricas, regulas, seu dispositiones non
obligare ad mortalem, nisi aliquid contineant, quod vel
ratione materiæ, vel aliunde grave sit. Secundò, quia
quamvis Valsquez & Sanchez adducti à Castrop. disp. 1.
de leg. p. 9. num. 1. docent per illud verbum debet, im-
portari in legibus necessitatem præcepti mortalis, tam-
en aliqui quos tacito nomine citat idem ibidem, neg-
gant, & solum per illud concedunt importari debitum
convenientiæ, & honestatis. Secundum hos igitur Do-
ctores, verbum illud debet confiteri in Missali positum,
obligationem mortalem minimè denotabit. Sane, quod
hoc verbum debet non indicet grave saltem præceptum,
inde mihi persuado: quia invenire solidum discrimen
ignoro, cur verbum oportet, non ostendat obligationem
gravem, ut docent ipsimet Valsquez, Sanchez, quos citat
sequiturque Castrop. de leg. disp. 1. p. 9. n. 2. ostendat verò
illud verbum debet? Nonne petinde est dicere oportet
quamprimum confiteri, ac debet quamprimum confiteri;
Rationabilis ergo, licet minus verè; aliqui apud S. a.
lex. n. 6. & apud Sanchez, lib. 6. in dec. c. 4. n. 37. tum illud
debet, tum illud oportet gravem obligationem æquè
importare existimantur.

§ 3. At, inquit, cum adversariis, quos citat sequi-
turque Bon. disp. 1. q. 1. p. 7. §. 4. n. 9. de levitate verbi, opor-
tet colligimus ex sacris litteris; & Canonibus. Instat
omnium sit illud Danielis; non oportet nos de hac re res-
pondere tibi: & illud distinct. 4. canon. Non liceat ubi dici-
tur, non oportere Clericos, vel Religiosos prandere ante
terram, Egrege, nam ego etiam de levitate verbi debet
colligo ne longius abeam, ex sequenti dist. 5. can. ad. etiam
in quo dicitur: Mulier nisi purgationis dies transierint,
viro suo admisceri non debet: ubi non nisi consilium, seu
debitum ejusdem convenientiæ, & honestatis, & non
præcepti significatur, ut ipsemet Sanchez lib. 9. de matr.
disp. 22. n. 11. cum aliis merito docet. Rursus ex dist. 1.
cap. vestimenta: ubi Pontifex de vestibus Ecclesiasticis
sic dicit: quæ neque ab aliis debent contingi aut fieri nisi
à sacerdotibus. Quem textum expendens Suarez de
Euch. disp. 81. sect. 8. §. Tertium exemplum, sic habet Quæ
verba, aut præceptum non continent, quia illud verbum (non
debent) non videtur in rigore significare obligationem
sed decentiam quandam (aut non intelliguntur, &c. Et ip-
sæ sacris quidem litteris per idem verbum debet conve-
nientiam, decentiamque notari, solemne est: Matth. c. 3.
Ego à te delicto baptizari, & tu venis ad me, Ioannis

13. & vos debetis alter alterius lavare pedes, Tobia
Te non debemus dignitate ire à nobis: & similia.
§ 4. Neque urget secunda ratio, quatenus
docet, si illa verba quamprimum confiteatur, non
tinent præceptum idem fore dicendum de aliis
præceptis, quæ sub hac forma indiciuntur & de
de illo annuæ confessionis, semel in anno confiteatur.
Non urget, inquam, nam cetera præcepta præter
hac forma, si gravitatem mortalem continent
esset ex verbi, sed vel ex materiæ gravitate, vel ex
cetera pœna, ex aliis capitibus: de quibus quæ
sunt signa prohibitionis mortalis, disputatur in
de legibus, & nos aliqua afferemus in 3. Opus. de
sacris. Missæ, lib. 3. cap. 1. §. 8. Id, quod etiam patet
eodem exemplo allato à Delugo de annuæ confes-
sionis quæ & ex se est res multum gravis, & habet adeo
gravem pœnam. Alioquin (sunt verba citati Can-
on. Omnis utriusque sexus) & vivens ab Ecclesia
arceatur, & mortuus Ecclesiastica careat sepultura. In
autem nostro, nec ulla proflus additur pœna, nec
ejus materia admodum gravis bene perpendendi
ret. Quid enim magni ponderis habet, ut qui per
Contritionem communicavit, atque adeo pie prode-
que confetur esse in statu gratiæ, tam citò ad
rium confugiat, solum ut subdat clavibus illa pœna,
quæ, iam sive Contritione, sive ex Sacramento
suscipiente esse remissa supponuntur. Præterea
ne ullo inconvenienti, suo tempore: solum quia
filio bono, sanctoque statim in reverentiam Sacra-
peracti. Id quod indicare dumtaxat rectè voluit Triden-
tinum. Verum contra nostrum institutum hæc
quantulum spatiosos esse, sit satis.

§ 5. Demum igitur superesset hinc discutendum,
hoc Tridentini dictum intelligatur de Sacerdote
habente copiam Confessoris, sed ex mera malitia, sine
fessione, celebrante. Item, an de Sacerdote qui post
ceptam Missam recordatur se esse in peccato mortali.
Præterea an de Sacerdote peccante intra ipsam Missam
& de aliis similibus casibus. Ut etiam ad quod tempus
se extendat illud quamprimum, ad duos, ad tres, ad
resne dies quæ omnia fuscè apud Doctores in quibus
nem adducuntur apud Delugo de Euch. disp. 14. sect. 1.
Sed quoniam nos probabilè duximus, hoc non esse
consilium; illa querere superfluum existimamus: non
enim verbo quæstiones omnes amputavimus: ad
ex obligatione teneris.

§. VII. Quando debet elici actus Contritionis ab eo
Laico, sive Sacerdote, qui urgente necessitate,
sine confessione ad Eucharistiam accedit.

§ 6. DE Laico non difficultas; satis enim est si
deciat immediatè ante ipsam sumpcionem, seu
sumptio, seu manducatio substantialiter sit cum cibo
deglutimus, seu trahimus, non autem dum ille est
ore quando solum initiativè est sumptio; ideo proba-
bilitatem puto, satis esse, si actus contritionis fiat
in ore habetur Sacratissima Hostia. ita Delugo de Euch.
disp. 12. sect. 2. n. 29. Hurtadus de Euch. disp. 8. dist. 1.
aliique. Certum tamen est peccare eum, qui sine deter-
minatione eliciendum Contritionis, accedit: de-
inde mutatur se iustificet. Imò addo eum; qui
intentione se per contritionem iustificandi intra illam
morulans, quæ Sacratissima Hostia est in ore, commu-
eat, difficulter non peccaturum: quia in magnam pec-
culum actum contritionis eo brevi tempore non
ciendi, se volens conicit. Vbi tamen erit de deum
in aliquo rato casu, quo receptus in ore Christus de-
minus fortè ipso divino tactu peccatricem illum
mam illuminare, atque convertere non dedignabitur.
§ 7. De Sacerdote videtur maior aliqua difficultas
si post inceptam Missam, se esse macula mortali
dam recordatur. Respondeo tamen facile ex Delugo
disp. 14. de Euch. sect. 6. numero 134. debere ad
eorum

contritionis elicere ante consecrationem, & aptissimum tempus iudico dum est in *Memento* si peccati recordemur ante illam, si vero post consecrationem peccatum in mentem veniat; satis erit, si selet conerit immediate ante consumptionem. Ratio utriusque est, quia praeceptum exilendi in gratia urget quando conficitur, & quando suscipitur Sacramentum.

38. Dices. At Sacerdos post consecrationem, ante consumptionem, necesse habet tangere Sacratissimum Christi corpus. Respondeo, quamvis aliqui in peccato mortali illud attingere, mortale propter irreverentiam esse autem: probabilis tamen est cum Hutt. de Euchar. disp. 9. diff. aliisque, non esse, nisi ad summum veniale. Ratio est, quia non est censenda tanta irreverentia, ut ad mortale peringat.

39. Confirmatur, quia quamvis nonnulli cum Layman. lib. 15. cap. 5. num. 3. asserant Sacerdotem mortali crimine deceptum mortaliter delinquere, si Eucharistiam Fidelibus portat; tamen aliqui meriti id negant ut Valq. quem citat de sequitur Delugo disp. 18. de Sacramento, in com. sect. 9. quia tunc Sacerdos non conficit Sacramentum, sed solum dispensat consecratum, ad quod tanta dignitas nequaquam requiritur. Idemque est de Diacono, quando ex speciali Sacerdotis commisso, Sacramentum Eucharistiam aliis potigit: siquidem tunc non conficit, sed solum dispensat. Si ergo probabile id est, quanto magis probabile fiet mortalem culpam non esse, solum attingere?

§ VII. De eo qui ante Communionem recordatur peccati indirecte absoluti.

60. Confiteri, exempli gratia, quis rite peccata, qui tamen ad confessionem in mentem redit ali- quod grave à se commissum, quod, ex inculpata oblivione, confessori non aperuit & hinc obligabitur sub mortali, ante Communionem praemittere actum Contritionis, si ei desit copia Confessarii. Rursus obligabitur, si Confessorem in promptu habeat, talis peccati oblii confessionem ante eandem Communionem praemittere: Vel si non habeat, solumne urgente necessitate, an vero etiam, illa non urgente, communicare poterit.

61. Ad primum: ex Delugo disp. 14. de Euch. § sect. 6. de n. 12. si dolor, sub quo facta fuit huiusmodi confessio, non fuit universalis de omnibus peccatis, vel ex motivo universali, quod se extenderet ad hoc etiam peccatum, certum videtur, quod debeat elicere actum contritionis involventis hoc peccatum: siquidem, hoc non dicit retractatū, non potuit, ne indirecte quidem remitti, neque adeo remanet in poenitente necessitas se iustificandi. At si fuit universalis, vel ex motivo universali, non obligabitur ad novum contritionis actum: quia jam statim gratia per remissionem indirectam praedicti peccati oblii, & directam aliorum, quae fuerunt Confessori manifestata, recuperavit.

62. Ad secundum: propter eandem rationem, primo aspectu, videtur nec obligari ejusmodi poenitentem ad praemittendam confessionem, nec indigere necessitate urgenti, ad hoc, ut sine confessione communicare possit: praemittere enim confessio, ut dignitatem gratiae communicatae acquirat: hic autem per confessionem praedictam gratiae ornatum obtinuit: & ex alia parte praeceptum de praemittenda confessione ante Communionem, jam observavit. Hoc ergo peccatum, quod venturi de novo fuit oblatum, suo tempore, post praedictam Communionem, subdi clavibus ab ipso poterit. Sanè, ita primò, ut dixi, aspectu, ex vi argumenti, dicendum esset. Et ita probabile esse docet novissime Hier. Fer. d. p. de scand. tora. q. 80. adducto etiam pro se P. Corneio: poterat item adducere Reginaldum & Præpositum, quos eos reprobans, adducit Diana loco mox citando: nisi obstitaret praxis Fidelium, ex qua colligitur cum Delugo ibid. 3. num. 116. praeceptum de

praemittenda ante Communionem confessione, non esse solum de praemittenda confessione integra formaliter, sed etiam, uti advertimus, materialiter. Adde cum opinionem fuisse expunctam ut refert Diana p. 9. tract. 3. re. sol. 4. in Indice Expurgatorio Hispanico à Corneio. Imò per edictum particulare reprobata, ut refert Carpenlis apud Dianam ibid. Quis igitur contra hanc censuram ire securus velit.

63. Solum eos liberandos à praemittenda confessione talis peccati oblii censeo, qui vel actu celebrant, vel ante altare ad linteum communicaturi expectant: hos enim, etiam si nullam notam infamiae incurant; non obligo ad recedendum, quamvis brevi revertiuros. Sic Henric. & Victoria apud Fagund. 3. Eccl. praecep. lib. 3. cap. 9. num. 14. Ratio est, quia ex una parte irreverenter se gerent inchoatam quasi actionem, sine clara necessitate, relinquendo: sicut non bene moratè se gereret, qui invitatus à Rege, ubi sedit ad mensam, vellet, vel ad breve tempus, recedere: & ex alia parte, non apparet clara necessitas: quia hic jam est iustus, benèque dispositus propter absolutionem indirectam talis peccati. Et adverte quod idem non tenebitur actum contritionis tunc elicere: quia jam, ut diximus, iustus est: solum igitur habeat voluntatem illud oblitum suo tempore clavibus subdendi.

§ IX. An peccata negativè dubia sint ante Communionem, necessariò Sacerdoti aperienda.

64. Q uale sit hoc dubium negativum, dixi in *Methodo Confessionis*, lib. 2. cap. 1. §. 3. Et quidam esse huiusmodi peccata mortalia dubia necessariò clavibus subiicienda ibid. num. 24. resolvimus: ubi solum scrupulosos, & timoratos excusavimus, quia pro his peccata dubia pro nullis habenda sunt. Quoniam igitur ante Communionem sunt manifestanda Sacerdoti omnia ea peccata, quae necessariò clavibus subdenda sunt, cum talia sint peccata dubia, erunt etiam & ipsa ante Communionem, aperienda: esto pariter à tali onere eximi debeant praedicti scrupulosi. Dixi (ex posteriore sententia) nam in priore docente, dubia peccata non esse sub obligatione confitenda, haec praesens quaestio locum non habet, si enim ea non essent absolute confitenda, nec essent confitenda ante Communionem.

65. Verum negari non potest omnes Auctores sentire in aliquo casu ad id non teneti habentes aliquod peccatum dubium. Nimirum, cum deponitur dubium: vel ex probabilibus rationibus, aut etiam ex aliqua ignorantia invincibili.

66. Sed obijciat contra hanc limitationem: Nam si in aliquo casu non tenemur ante sumptionem Eucharistiae peccata dubia fateri, sequitur, quod neque absolute obligamur eadem clavibus subiicere: quod tamen falsum censetur, tum ex universali praxi Fidelium, tum ex efficacibus rationibus aliis in *Methodo Confessionis* à nobis allatis. Respondetur tamen sequelam esse falsam, eo quod in eo casu, in quo deponitur dubium, accedimus ad Eucharistiam sine ullo dubio.

67. Obijciat iterum, quia si quis dubius aliquis peccati mortalis recipere Eucharistiam, etiam si deponat dubium, exponit se periculo peccandi mortaliter, si forte re ipsa illud peccatum ipsi dubium, sit coram Deo certum: quia irreverenter se geret. Sed responderi potest hanc non fore irreverentiam mortalem, quia non est contra dispositionem requisitam à S. Paulo dum dicit. *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* &c. quam dispositionem Tridentinum sess. 13. cap. 7. explicat de peccatis, quorum quis sibi conscius est qualia non sunt dubia praedicte, deposito dubio. Quod autem major reverentia sit, ea dubia ante Communionem confiteri, sanè fatemur, sed non obligari nos totam, possibilem reverentiam ad hoc Sacramentum asserre. *supra* §. 4. n. 9.

68. Addimus deinde, hoc esse verum; non solum

F 4 cum

cum quis sibi persuadet se non esse in peccato mortali, deponendo practicę dubium, sed etiam, si quis putat ex ignorantia aliqua invincibili licere sibi sine mortali peccato cum illo dubio recipere hoc Sacramentum: id enim non erit irreverenter formaliter, sese gerere in recipienda Eucharistia, & evitabitur peccatum. Quod si illud peccatum dubium, sit certum coram Deo, esto quod fortasse non recuperabitur gratia, satis tamen hic nobis est, quod non committatur novum peccatum, ut in simili dicemus *infra* §. 10. n. 17.

69. Denique id ipsum affirmamus si hic dubius de suo peccato dubium practicę deponendo, eliciat actum contritionis, & postea communicet: jam enim ex una parte non se gerit irreverenter, quia putat se esse in statu gratiæ, & ex altera parte non obligatur ante Communionem fateri peccatum dubium, cujus (in casu posito) non est ullo pacto conscius.

70. Quare hominem habentem dubium alicujus peccati mortalis, sine ullo periculo peccandi existimo accedere posse ad Eucharistiam, etiam non præmissa confessione in casibus explicatis: puta cum deponitur practicę dubium vel per ignorantiam invincibilem creditur id esse licitum.

§. X. An sit casus, in quo communicare quis, sine confessione, & etiam, sine contritione, atque adeo in peccato mortali possit.

71. **H**ic facere videntur ea, quæ *num. 36. & 37.* diximus de non potente elicere actum Contritionis: cui nihilominus dimidiatam confessionem exhibere concessum sit: sed tamen fortior nunc est casus: agimus enim de eo, qui nec contritionem elicendi virtutem habet, nec confessionem ullam, etiam dimidiatam, agaudere potest.

Tam benigna sunt viscera Misericordiæ Domini, ut non dedignetur excusare aliquando perveraciam nostram. Invenio enim unum, vel alterum casum in quo quis purissimam Communionem pro peccato sumere, sine peccato possit.

72. Etenim, ex supradictis constat, Sacerdotem qui, incepta bona fide Missa, recordatur se mortalis culpæ reum, debere elicere actum saltem à se existimatæ Contritionis. Sed jam si non possit, seu experiat actum illum sibi valde esse difficilem, quid agat? Confiteri non potest, conteri nequaquam valet, Sacrificium inchoatum relinquere, ob infamiam inde sibi resultantem, difficillimum est. Quid ergo ab anima sic affecta superest extorquendum? Probabile esse ex aliquorum sententia iudico, hunc non peccaturum mortaliter si cum huiusmodi conscientia peccati mortalis, & cum eo dolore, quem tunc potest elicere, Missam prosequatur, consecraret, communicetque. Ita Vasq. *de Euch. disp. 207. cap. 1. n. 34.* Hurtad. *disp. 9. de Euch. diff. 1.* Delugo *in Sac. d. 9. sect. 1. num. 8.* Ratio est, quia præceptum dignè communicandi non videtur tam arctè Fideles astringere, ut cogat Sacerdotem, cum tanto suo dedecore, ab incepto sacrificio descedere. Tunc autem huiusmodi Sacerdos non acquiritur gratiam, sed tamen non peccabit.

73. Idemque erit de Laico, qui jamjam recepturus sacram sinaxim ante linteum, nec sub aliquo prætextu sese removere valens, peccati mortalis recordetur, nec conteri possit. Ita *ibid.* Par enim est ratio. Notent hanc doctrinam scrupulosi, animoque semper timidi: Ut notat pro scrupulosis S. Bonavent. apud Bonacin. *disp. 4. de Euch. quest. 6. p. 1. n. m. 19.* qui, quamvis verè eliciant Contritionis actum; nonquam tamen se eliciisse sibi persuadent.

74. Quid si Sacerdos, de quo loquimur, posset uno ex sequentibus modis ab incepto sacrificio desistere? Nam si esset v. g. in Sacello privato, Missa ministro puero solum assistente à quo notam pari non esset valdè laborandum, cum sine gravi infamia ab Altari sese subducere facile posset, obligantur ne se subducere: Deinde

si posset deliquium simulare, vel quid simile, illud similem fictionem obstringemus.

57. Respondeo ad ejusmodi deliquij prætextum stare illum non possum: quia est remedium nimium ordinatum, ac pluribus inconvenientiis obnoxium, quod non tenemur: illud de puero sic temere, posset Sacerdos de illo si: quocumque alio minime, sperique haberet, intra tempus competens colligendi, atque adeo se conterendi, existimaret Sacerdotem vel non curate Missam aliquantulum dare, vel aliud, si facile posset, ministrum, intra competens tempus, reditum, remittere: relinqueretque Sacrum nullo modo approbo. Ratio est, quia in modo salvatur infamiae nota, in posteriore non infamie, nam minister, quamvis unicus, & licet puer, posset obloqui contra Sacerdotem sacrificium impentem. Multo magis id non esset faciendum, si consecratione, ne sacrificium imperfectum relinqueretur.

76. Jam vero alium casum afferunt Doctores, *disp. 14. de Euch. sect. 1. num. 3.* Diana *p. 5. tract. 3. sine*, in quo excusatur à sacrilegio peccator, si communicet. Nam si v. g. irruente Paganorum, vel Hæreticorum multitudine in Ecclesiam, timeretur Sacram Eucharistiæ contemptus, tunc Fidelis quicumque stans in mortali, nec illa subita irruptione posset facile conterere, posset, imò addo libens, quod ad vitandam injuriam, quæ timeretur tanto Sacramento assumere: sicut etiam posset, deberetque communicare. Imò ex Vasq. apud Delugo *de Euch. d. 5. sect. 1. num. 87.* & Laico Sacratissimum Christi Corpus idemque instar Mariæ Scoticæ Reginæ, (de qua Delugo *disp. 58. sect. n. 15.*) suis se manibus communicare, sine ulla hæsitazione, in similibus casibus licet.

§. XI. An liceat Laico quotidiana Communio.

77. **H**ic reducimus difficultatem hanc, quia ad Communionem adeo frequentem magna certitudinalis dispositio requiritur.

Jam, licet Communionem quotidianam Laico uxurato, imò eam vetare illi nec Confessarius, nec Superior possit: quia eam Christus Dominus, contra qui peccati mortalis sibi confici non sunt, ut in magno, sive cum parvo devotionis affectu, liberè concessit, docet cum paucis Joannes Sanchez *de Euch. disp. 23.* Negat cum aliis multis, Joannes Delugo *de Euch. sect. 2.* solumque concedit maximo fervore spiritui accensis, Sanctæque Catharinæ similibus. Quos, si hæc quæstionem latè discussam videre innotest. Nos breviter negantem sententiam amplectimur: putamus id cedere majori reverentiæ debere Christo Domino, ac Regi nostro. Affirmans opinio illud à Confessariis obtineat, ut Fidelibus Sacrum Communionem appetentibus, sive etiam solum petentibus, sese in posterum exhibeant.

C A P V T II.

De dispositione corporali requisita ad Sacratissimam Communionem.

§. I. De Munditia à pollutione, vel copula.

1. **P**ræmittimus tanquam certum, non esse mortale post peccatum ritè penitentiam de peccato, sed etiam, quo patratum est, die, communicari: enim, sic, non indignè graviter ad Sacram Eucharistiam acceditur. Ita Sanchez *lib. 9. de matrim. disp. 13.* qui dicat Navarr. *in Manual. cap. 21. n. 51.* putans esse mortale etiam post confessionem debitam, qui tamen in *edit.* mutavit sententiam.

2. Porro, quo ad decentiam: Pollutio involuntaria neminem ex his, qui bene affecti sunt, circa spirituales

§. 111. De superfluo Mulierum ornatu.

7. Quid de muliebri purpurilla, cerussa, & ornamentis? Respondeo si fucus ille, & cetera ornamenta vanitate afficiantur mortaliter peccaminosa, fore culpam sacrilegè mortalem, certum exploratumque est. Si venialiter, dic illud, quod supra cap. 1. §. 4. diximus de accedente ad Communionem, cum affectu ad peccatum veniale. Si nullam peccaminosam redolerent, ut subinde accidit feminis timoratis, bono fine, propter sui oculos, juxta ritum patriæ sese ornantibus, nulla erit culpa: quia, nisi aliud addatur; non est unde ea contrahi possit. Fateor, regulariter, vix à veniali excusari eas, quæ tam anxie faciem dealbant (utinam eodem modo conscientiam) si non ex alio capite certè ex eo, quod illud tempus, quod expenderunt ad se comendas (de quo scitè Poëta, *Dum somnunt, dum pectuntur annus est*) ad animam piis virtutum actibus exornandam, vel certè ad utiliora negotia expedienda, consumere debuissent.

§. IV. De vestibus externis: ubi, an Sacerdos sine stola & Eques cum gladio decenter communicent.

8. Missos Religiosos facio, qui certo estimentorum genere induti, obstringuntur, saltem in publico, ad Communionem accedere. Regulas quique consulas suas.

9. Porro, cum certum sit vestes non esse hic valde attendendas; non enim corporis ornatum, sed animæ pulchritudinem exposcit hoc Sacramentum; tamen modesto quisque honestoque ornatu, propter reverentiam, uti, quantum potest, congruum est.

10. Sed hic in proprio loco quaeritur Primò. An cum Sacerdos, extra sacrificium communicat, Stolum circa collum tenere, sub obligatione oporteat. Respondeo, id congruum quidem est: in cap. enim *Ecclesiastica. dist. 23.* Ita præcipitur. Quia tamen & res non est (extra sacrificium) ex se gravis & decretum illud, quo ad hoc, usum jam est abrogatum, obligatio peccati non adest. Ita Azor. 4. p. lib. 10. c. 28. §. 12. Gavanti. in *Commen. ad Rub. Missalis*, tom. 1. p. 4. tit. 8. n. 7.

11. Quaeritur Secundo an decenter Fidelis accedat ad Sacram Eucharistiam, armatus, ense, & pugione: ut si sit Eques Religiosus S. Jacobi, Alcantara, & similia? Respondeo, decenter. Sic Ioan. Sanch. in *select. disp. 45. n. 3.* quia hæc sunt ipsorum insignia; & quidem ad propugnandum pro fide. Cæteris laicis, idem conceditur, quia non est unde appareat irreverentia.

12. Addunt tamen aliqui cum Diana p. 13. m. 2. ref. 30. sine 3. id fieri debere, cessante scandalo: quod tamen ratio cessare putant. Equidem licet sim omnibus author ut propter modestam humilitatem illa instrumenta deponant, tamen, si fecus fiat, non puto facile affuturum scandalum, saltem grave, nisi forte aliquam rudis homuncionis levem admirationem, de qua non est valdè laborandum. Consuetudo autem, quæ alicubi viget ea deponendi nil aliud ostendit, nisi prædictam modestiam, à qua ortum eam consuetudinem habuisse, & non nisi decentiæ obligationem afferre, jam omnes ferè norunt.

§. V. An Corporis sanitas requiratur ab accedente ad Eucharistiam.

13. Nulla ex se requiritur, Solum ergo à Communionem arcendi sunt infirmi illi, in quibus, ratione vomitus, vel frequentis tossis, aliqua irreverentia Sacra Hostia rationabiliter timeatur. De leproso vide supra §. 2.

14. Verum, quoad ejusmodi infirmos, quænam sunt diligentia exhibenda sanè ex Ioan. Sanch. in *select. disp. 38. num. 2.* si infirmus, post sumptum cibum, etiam modicum statim eum sursum, vel deorsum, expellat, ne communicetur. Si verò modicum cibum, vel partem non consecratam, cum qua fieri experientia potest, retineat, concedendum est ei factum Viaticum. Quod

§. II. De Munditia Corporis externa.

Nullæ sordes corporeæ, unde nec menstrua, secuti- dum se, Communioni impedimento sunt. Ita De- logo disp. 15. de Euch. sect. 1. p. 1. §. 5. Præstat tamen propter decentiam, eas quantum modè fieri potest, amovere. Si tales sunt, ut horrorem aspicientibus pariant à Com- munionem publicè exhibenda, decess est abstinere, nam sic intelligendus est Canon, *Tua nos, de Clerico agrotante*, qui propter lepram à Communionem prohibetur: intelli- gendus, inquam, in publico. Nec tamen, si id in publico fiat hoc scandalo (quod tamen, vix, hæc nostra ætate, quando res suo pondere jam expensæ, vel ipsi populo non sunt, posse esse puto) peccatur: talis enim Canon in usu non est.

Pollutio voluntaria, vel copula illicita, etiam post contritionem penitentiam, melius propter eandem reve- rentiam, impeditur Communionem illius diei: Sic idem Ioan. Sanch. in *select. disp. 15. de Euch. sect. 1. p. 1. §. 5.* nota, vel infamia Jubilæum, vel festum, vel quid simile, concedendam suadeat. Fateor, tamen, majorem rationem requiri post illicitam copu- lam, quam post simplicem, ultro volitam, pollutionem: licet enim hæc gravior culpa sit; illa nihilomi- nus, cum sit magis externa, ac magis voluntaria, magis illicita sit.

4. Copula licita melius, & regulariter impedit. Sic Ioan. Sanch. in *select. disp. 15. de Euch. sect. 1. p. 1. §. 5.* nota, quidquid dicat idem Ioan. Sanch. ibid. nisi Fe- rre, nota, vel simile quid, ut modo diximus, obstant.

5. Adverte denique cum Delogo ibid. num. 14. mino- rem causam requiri ad concedendam Communionem, quammodi copula oritur ex amore prolis, quam ex concupiscentia voluntatis, & multo satis minorem; si est conjugata, sed reddita: ita ut in hoc casu merum com- munitatis desiderium sufficiens causa videatur: si qui- dem tunc prætextu Communionis non erat coniux re- pellendus: & nunc ob actum redditæ iustitiæ, minus est accedens à Communionis refectione temovendus. Ad-verte hic illud, quod modò dictum est capite præced. §. 11.

Denique estne peccatum veniale accedere ad Eucha- ristiam postquam eadem die coniux delectationis causa debetum exigit? Esse docet Sanch. lib. 6. de matr. disp. 1. §. 5. & Marchini. de ord. tr. 3. p. 3. cap. 3. num. 16. Ratio est (inquit Marchini.) quia apparet aliqua irreverentia ac- cedere. Audio. At etiam, qui causa voluptatis vespere ante Communionem comedisset, peccaret venialiter, mane accedendo ad Eucharistiam: & sic de similibus, quod non admittimus. Puto igitur ex suppositione, quod in tali copula, vel cibo quis venialiter peccaverit; esse judi- candum, si cuncti supra c. 1. §. 4. iudicavimus esse, vel non esse veniale accedere ad Eucharistiam cum veniali. Illud ad- dendum, in materia luxuriæ facilius mentem à sacris mi- nisteriis avocari, quam in aliis materiis: ac propterea facilius incidi posse, modo supradicto c. 1. §. 5. n. 13. in veniale, accedendo ad Eucharistiam cum hoc speciali peccato veniali. Ad quod certè, respexit Sanchez loc. cit. dum castigatè loquens, dixit, debitum exigentem ex vo- luntate, regulariter, peccare venialiter accedendo eodem die ad Communionem, nisi aliqua causa excuset: quia (inquit) oritur magna distractio mentisque hebetudo. Nota illud regulariter.

§. II. De Munditia Corporis externa.

Nullæ sordes corporeæ, unde nec menstrua, secuti- dum se, Communioni impedimento sunt. Ita De- logo disp. 15. de Euch. sect. 1. p. 1. §. 5. Præstat tamen propter decentiam, eas quantum modè fieri potest, amovere. Si tales sunt, ut horrorem aspicientibus pariant à Com- munionem publicè exhibenda, decess est abstinere, nam sic intelligendus est Canon, *Tua nos, de Clerico agrotante*, qui propter lepram à Communionem prohibetur: intelli- gendus, inquam, in publico. Nec tamen, si id in publico fiat hoc scandalo (quod tamen, vix, hæc nostra ætate, quando res suo pondere jam expensæ, vel ipsi populo non sunt, posse esse puto) peccatur: talis enim Canon in usu non est.

Quod si non ex assumpto cibo, sed ex ipsa ægritudine vi vomitum patiat; communicandus non est, nisi, per sex circiter horas, vomitus cessaverit, & Medicus, vel si hic absit, astans iudicaverint saltem per horam ab assumpta Eucharistia, infirmum non vomiturum, nam tunc communicari poterit. Quod si deinde, per accidens recedat vomitus, & Sacra Hostia expellatur; reponatur in loco aliquo sacro, ac species, ubi corruptæ fuerint, in sacrum recondantur. Cætera, quæ ad infirmi Communionem pertinent, dicemus *infra suo loco c. 5. vide item c. 3. §. 4.*

§. VI. De jejuniæ naturali requisito ante Communionem.

15. **D**Vo mox dicenda requiruntur ex Delugo *disp. 15. de Euch. sect. 2.* ad hoc ut violeatur jejuniæ naturale, dictum naturale ad differentiam Jejunij Ecclesiastici, quod Ecclesia præcipit observari in diebus Jejuniorum. Eo violato, ad Sacram Communionem, extra calum necessitatis, de quo dicemus mox §. 8. accedere, sacrilegium mortale esse (& quidem per nos unum) ut supra diximus c. 1. §. 3. ignorat nemo.

16. Primò igitur requiritur, quòd quicumque cibis, vel potus sumatur: cibus autem, & potus est ille, qui in stomacho alteratur, seu digeritur, vel ad digestionem pertinet. Secundo quòd id fiat per actionem: quæ sit comestio, vel potatio: quæ talis non est, nisi quid ex prædictis cibo, & potu assumatur, & in stomachum traiciatur. Jam distinctè de singulis.

Quæ pertinent ad cibum.

17. Dixi (quicumque cibis) siquidem etiam modicissimus cibus, ut modicum granum anisi, ex proposito deglutitum, violat jejuniæ hoc. Sic Delugo *ibid. num. 22. & 27. Hurtad. de Euch. disp. 9. diff. 15.* nam, ex Concilio Toletano, cibus, vel potus, quamlibet minimus ante Communionem prohibetur.

18. Dixi iterum (cibus) officulum enim sive fructuum sive alterius generis, frustum ligni solidi, moneta aurea, globulus plumbeus: frustum unguis, filum ex ferro, vel serico, vel lana, & similia, non violant, etiam in magna quantitate: non enim sunt cibus. Ita Delugo citatus, n. 32. Et non mediocriter signum, quod in stomacho non alterentur, est quia eadem integra, ut deglutitur, à quolibet, etiam valido stomacho, egeruntur in excrementis: Contra, violat Tabacum per os assumptum, si deglutitur, pillulæ ad medicamenta, & similia, ex Præp. in 3. p. 9. art. 9. dub. 1. 39. quia sunt cibi, quamvis medicinales: quibus semper est immixta aliqua tenuis particula apta ad digestionem, nutritionemque.

19. His violentibus addo libens cum Delugo *ibid. dicto n. 32.* papyrum, seu chartam, & filum ex ligno: ducunt enim originem ex herbis, & sunt in substantia herbarum, quæ digeruntur: ut etiam est pulca, culex, & vermiculi, digeruntur enim & ipsi: nec valet cum aliquibus dicere, papyrum, & filum ex ligno non esse cibum humanum, non, inquam, id valet dicere: nam nec fœnum, & palca v. g. sunt cibus humanus, & tamen, quia digeruntur, violant: Huc item reduco terram, seu cretam quam fœminæ, ob defecationem, vel ad diminuendum colorem, comedunt: cum enim non sit purum elementum, puto alterari in stomacho, & consequenter violari jejuniæ. Et sanè quis neget pulverem ex lapide Bezzuar, vel ex terra Cypria etiam si solus, sine iusculo deglutatur, cum sumatur per modum cibi medicinalis, solvere jejuniæ? Par autem videtur ratio in terra, seu creta.

Dices cum aliquibus. Terra, & similia in magna quantitate non vitiant jejuniæ Ecclesiasticum: ergo in minima non violant naturale: Sic Sunkina Dian. V. Communionis *dispositio num. 33.* Respondeo nego consequentiam: nam terra, & similia non violant jejuniæ Ecclesiasticum, quia modicissimum est illud quod in ipsa, etiam acceptis in magna quantitate, id est nutritivi, seu digestibilis: sicuti evenire in cibis medicinalibus modo

dixi n. 18. At hoc modicissimum, quod ibi inchoat violandum jejuniæ naturale, ad quod sufficit quodlibet modicum, ut videmus n. 17.

20. A ceta, non violari jejuniæ nec naturalis, nec Ecclesiasticum, etiam in magna quantitate assumptum, Summa Diana *ibid.* citatque pro se locum *disp. 15. de Eucharistia, sect. 1. n. 29.* Sed ibi Delugo n. 25 meminit cretæ, non ceta in meo collectum diversa sunt: magis tamen acquiesco, quod jejuniæ, sicuti dixi de ipsa creta, & terræ, immixtus bilis, quia magis alterabilis & partibus aliquibus immixta semper est.

21. Si quis deglutiat avellanam, vel pignora cum cortice integram, frangere jejuniæ hoc non sufficit, Sanchez *in select. disp. 42. n. 13. in fine*, quia est comestibilis, & per accidens non alteratur. De qua ego dubito: quia ut traicitur, nec est alteratur digestibilis.

Quæ pertinent ad Potum.

22. Dixi deinde de requisitis ad violandum Potum (Potus) quia gutta aquæ de industria sumpta, violat jejuniæ, sicuti violari à modico anisi gratia diximus: ille enim est cibus modicus, hic modicus potus. Violat etiam potio medicinalis, autem item potus, ut etiam sanguis, quem fugeret quis ex suo, & vulnerato: Ita Delugo *ibid. n. 32.* quia hæc per potum assumuntur. Si a te hauriatur aqua (immixta libet aliud) & statim à stomacho ejiciatur, violat non jejuniæ, saltem ex eo capite: quia semper immixtum aliquid in stomacho.

Quæ pertinent ad naturam Comestionis vel Potationis.

23. Dixi denique (quæ sit comestio, vel potatio) Primò gutta aquæ ex Delugo *ibid. n. 38.* quæ committitur salivæ, dum os abluit, vel gutta iusculi *ibid.* quæ illud gustas, an sit benè præparatum, immixtum salivæ traicitur, vel sanguis, *ibid.* qui ex capite fluit, & immixtus item salivæ deglutitur, non violat. Secundo eodem modo culex, vel musca, vel pulvis, quæ in os volitant, & calu traiciuntur. Sic idem n. 39. Hurtad. de Euch. *disp. 9. diff. 14.* Tercio sanguis vel pus descendens, etiam in magna quantitate ex capite, gingivis, etiam non salivæ immixtus, si deglutitur. Delugo *ibid. n. 23.* Quarto sumptio Tabacchi per os, sive in folio, sive in pulvere, sive in fumo, ex Gratia in 3. p. contr. 6. tract. 10. *disp. 8. n. 4.* immo & aliquam aquam attractam per nares, non solvunt jejuniæ. Colligitur ex Suar. de Euch. *disp. 68. sect. 4. §. 2.* Quævis, quia hæc omnia non sunt comestio, vel potatio: prima est traectio salivæ, secunda est respiratio, tertia est fluxus, quarta est attractio, seu afflatio narium. Quæ odor quilibet non violat jejuniæ. Sic Graa *ibid.* quia præter quam quod non est cibus vel potus, non mittitur per comestionem, potationemve, sed per præternaturam afflationem.

24. Contra, musca, vel culex si ea de industria comedas, vel etiam potens ea expuere, nihilominus violat: violat jejuniæ: Ita colligitur ex Delugo *ibid.* quia ex una parte hæc digeruntur, sumque ut modicissimus, cibus, & ex alia hæc propria comestio: non enim involuntariè ab extrinseco veperint, non tamen etiam involuntariè ægrotus per vim cibem, decidens in flumen, aquam invitatus bibit, non potens ea erit jejunos. Adde quod tu jam voluntariè trahis unde hæc non erit respiratio, sicuti esse modo dicitur quando casu, ex vi ipsius respirationis, præter naturam traicitur.

25. Præterea non violant jejuniæ frustula, prædentibus remanent ex reliquis cæcæ, si non deglutiantur: siquidem sic non fit comestio: non enim salivæ, vel ex respiratione traicitur. Sic Delugo

lib. 1. c. 36. Vsq. de Euch. disp. 2.1. c. 3. num. 30. Hurtad. de Euch. disp. 9. diff. 15. Violant tamen si deglutiantur ex indolentia. Sic idem, quia sic æquivalent commestioni, & palatium facit, quod non hoc die: sed hesternum assumptum fuerit, dummodo comedantur: quo pacto, propter eandem rationem, etiam violatur jejuniū à faciente, seu tabellis, ut ostendit, etiam violatur, possis in ore vesperi ante ad comedendum averterendam, postis in ore vesperi ante cibum, sed quæ post mediam noctem liquefiant, & trahantur in stomachum. Ita Delugo n. 26. & 27. Aliqui docent per prædictas cibi reliquias nunquam violati jejunium: quod sanè, Altum propter autoritatem extrinsecam non ignobilium Doctorum non est in probabilem, Henriq. Ioan. à Cruce, Diana, Suarez, Rodriq. Coninch. alique. Id quod, ne ad prædictas tabellas extendas velim: quia in his, cum voluntariè assumptæ fuerint, magis clarè apparet ratio comeditionis.

26. Denique, Aromata in ore tenere, immo; & contere, ut frequenter fit in Masticæ, & in Tabacco ad confortandum caput, vel ad phlegmaticum humorem evacuantium, si non deglutiantur, non nocent jejuniū. Sic Bonac. in Sacram. disp. 4. q. 6. p. 2. n. 9. quia eiusmodi actio comestio nullatenus est. Quod si aliquid ex his descendat cum saliva, ut semper evenire oportet cum cohiberi non possit, quin descendat saliva illius aromatis affusa, non affert impedimentum jejuniū. Ita Tannerus, n. 4. disp. 3. q. 8. art. 8. not. 1. liquidem, non est per modum cibi, vel potus, sed per modum salivæ seu commestionis cum saliva. Illud, quod aliquis addit, quod videlicet si dum prædicta aromata in ore quis voluit granum aliquod casu in stomachum descendat, non solvatur jejuniū. multum difficile est: quia hoc est verum, licet non soluta, comestio. Neque eadem est ratio de musca in os volitante, & casu deglutiente: hæc enim actio nullo modo est comestio, sed respiratio: cum granum illud in ore contritum volutatum, & in stomachum, quamvis contra voluntatem trahatur, comestio sit, & non sola respiratio, ut de decedente in flumen, & aquam involuntariè deglutiente diximus n. 24.

An somnus, vel cibus digestus requirantur ante Communionem.

27. Duo denique adverte. Primò minime requiri, quod post cibum, ante mediam noctem assumptum, homo dormierit, vel cibum digesserit: hæc enim non sunt in præcepto. Sic Delugo ibid. n. 39. Ex quo olim copiosius ostendit, qui ceterum non infirmus, maximam tamen famam facile patiebatur, nec sese cohibere per quatuor horas sine cibo poterat: consului, inquam, ut, antequam ante mediam noctem se cibo efficeret, & antequam illæ horæ elaberentur, quamvis nondum digesto cibo, rite communicaret.

De Tempore, quo violatur jejuniū naturale.

28. Adverte Secundo, tempus, quo jejuniū, de quo agimus, violatur esse quando quid comeditur, vel bibitur post mediam noctem, quæ per horologium mediam noctem notans significatur per primum pulsum campanæ. Ita Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 40. Delugo disp. 13. de Euch. sect. 2. n. 27. & 40. & (si tale horologium quadrantes ante horarum pulsum notat) per primum pulsum primi quadrantis: tunc enim notatur incipere dies sequens. Unde, si fortè tunc es in actu bibendi, & prosequaris post dictum primum pulsum; iam naturale jejuniū violasti. Nec enim sequor unum, aut alterum dicentes, initium sequentis diei incipere post ultimum prædictæ campanæ pulsum. Consultò dixi per Horologium mediam noctem signans. Nam communia apud nos Italice horologia, eiusmodi nequaquam sunt, solent enim per sonitum notare diei, noctisque tempus

ferè simihora post exactum Solis evolutis cuspem. Unde fit, ut hæc à nobis in re nostra, & in notatione meridiei sit detrahenda. Si V. G. in nocte vel die Aequinoctij Horologium Italicum det signum sex horarum, media nox; vel merities: vere in nostris Regionibus erit hora Italica quinta cum dimidia: Vnde ea nocte non poterit amplius frangi jejuniū à communicato die sequenti: id ipsum si negavit, si observari mandavit Missale Romanum editum ab Innocentio X. anno 1647. In Instructione pro hac re, & similibus posita initio eiusdem Missalis, ut merito sic adverterit Gavanti in Rubr. Missal. p. 5. in fine Tabul. meridiæ, & media noctis [Monet idem Theodosius, quod Horologia Italica sonant Horas tardius quam indicent Horologia Solaria, quandoque per quadrantem Horæ, quandoque per dimidiam horam, & ideo detrahenda erit illa quantitas horæ.] Aliqua hac pertinentia colliges ex dictis à nobis lib. in Decal. c. 5. §. 5. ubi de Jejuniō Ecclesiastico.

§. VII. De dubitante an solverit Jejuniū naturale, Vbi de diversitate Horologiorum.

29. Si dubitas, an sis jejunos, ex eo quia nescis comedisse, an non: communicare tibi conceditur. Ita Laym. lib. 1. tr. 1. c. 5. §. 4. num. 36. Delugo disp. 15. de Euch. sect. 2. n. 42. & 43. 10. Sanchez in disp. 41. num. 9. At si certus quod comederis, dubitas num comestio fuerit ante mediam noctem, an post illam: non conceditur. Ita Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 41. n. 40. Delugo citans Fag. in præc. Eccl. 3. lib. 3. cap. 5. num. 18. Ratio est, quia hic est possessio pro præcepto: ibi pro tua libertate.

Sed aliquos in utroque casu concedere Communionem, quia in utroque putant stari debere pro libertate communicandi: & sane propter autoritatem horum Doctorum, probabile id existimandum est. Sic Laym. l. c. Baun. Actor casuum Botton. quibus adde Diana p. 3. tr. 4. ref. 29. Io. Sanch. in sel. disp. 42. cit. Adde, posse defendi, libertatem esse prædictum præcepto, atque adeo debere prævalere.

30. Dixi (si dubitas) nam si sunt plura horologia, si constet esse falsa, potes quodlibet sequi: Ita Delugo cit. num. 45. quamvis id neget Merolla, & Salas apud Dianam p. 4. trall. 3. ref. 19. tunc enim non dubitas, sed habes probabilitatem (quam illud tale horologium tibi facit) non fuisse mediam noctem quando comedisti, quia non fuerat datum signum ultimi horologii. Licet autem cuique facere id quod probabile est, communis est sententia Doctorum. Lege Caltr. tom. 1. disp. 2. de cons. part. 2.

§. VIII. Quando non jejuno licet communicare.

31. In aliquibus casibus id licet. Primo instante morte pro Viatico: id quod satis sit hic innuisse: nam cetera, quæ ad id spectant, dicemus infra proprio in loco c. 5. præsertim §. 10.

32. Secundo Sacerdoti, etiam ad dandum Viaticum alicui moribundo licere non jejuno celebrare, si nec adsint aliæ particulæ consecratae, doceat plures, plurimi vero negant, utique probabiliter, apud Delugo disp. 15. de Euch. sect. 3. num. 67. illi, quia, judicant præceptum de jejuniō, ante Communionem, non esse ita rigidè latum ab Ecclesia, ut velit moriturum relinquere sine Viatico: hi, quia putant satis esse, si concedatur ipsi infirmo tale privilegium, non verò aliis, propter ipsum.

33. Tertio, propter scandalum, vel infamiam. Sic aliqui apud Præp. in 2. p. q. 80. art. 8. dub. 2. n. 49. Unde qui stat ad altare ante linteam, recordaturque se non esse jejunos, si discedere sine infamiae nota non potest, commu-

...posse à Sacerdote sumi: quia postquam ab Altari
...judicatur (ait) completum Sacrificium. Verum
...ex eo quod supra n. 25. ex Granado arguimus, aliud
...pro probabiliter dici possit, tu considera.

Quæ n. 33. hæc sunt dicta sunt, sic in compendium
...fermo est de fragmento tui Sacrificij, sive magno,
...vel parvo, à te invento post assumptam ablutionem, &
...hoc sumere licet potes. Primo facim. Secundo etiam
...Missa (licet multis Sacras particulis porrexeris)
...es in altari. Tertio, etiam probabiliter in Sacrificijs
...antiquæ vestibus spoliatis.

Vel sermo est de eodem fragmento ex alieno sacrificio,
...vel hoc potes ex probabili opinione. Primo, eodem mo-
...do. Secundo eodem modo finita Missa, etiam post
...multos communicatos dum es in Altari. At Tertio, non
...potes in Sacrificijs quamvis nondum spoliatus sacris ve-
...stibus fieri. An vero possis etiam tunc hæc fragmenta ex
...alieno sacrificio sumere, considerandum relinquo.

Semper autem loquimur de fragmento, sive parvo, sive
...magno, nunquam enim potest à non jejuno sumi, nec
...hostia grandis, nec particula integra: addo nec integræ
...mortaliter æquivalens) quia dicta licentia solum conce-
...ditur pro reliquijs Sacrificij, &c.

41. Potest sexto à non jejuno sacra Eucharistia sumi,
...quæ id debita Christo reverentia requirit. Hinc si ri-
...tetur ab Hæreticis conculcanda, ut supra dixi c. 1. n. 76.
...vel ab animali bruto comedenda, vel aliquo modo com-
...burenda vel quid simile, satius erit à non jejuno Fidei
...absumi, quam talia permitti.

42. Septimo huc reduci potest quando Sacerdos ad-
...venit particulam Hostiæ infusam in Calice ipsi Calici
...habisse, nec cum vino consecrato simul ebibisse: tunc
...enim vel potest digito ad labrum Calicis adducere, vel
...medius propter majorem decentiam, potest semel, bis,
...ter, & quoties opus fuerit infundere vinum purificatio-
...nis, ex Fac. 3. Eccl. præc. lib. 3. c. 6. n. 4. & simul cum illo ab-
...sumere, quamvis timeatur, vel occurrat prius descendere
...in hominem vinum illud quam Sacram Hostiam. Vide
...Delugo de Euch. disp. 15. sect. 4. n. 79.

43. Simile quid licet in laicis infirmis, quibus, post
...sumptam particulam, simul cum ablutione, vel paulo
...post, licebit reliquias Sacramenti inventas in Calice, vel
...quædam tradere, ut de praxi timoratorum testatur Mar-
...cellinus. 3. p. 3. c. 3. 18 Ratio esse potest, quia cum ad-
...modum parva mora illa sit, censetur eadem mortaliter
...occasione infirmorum, sic expeditius cum decentia con-
...sumuntur illæ sacræ reliquæ.

44. Octavo, huc item reduci potest quando Sacerdos
...post consecrationem unius vel utriusque speciei repen-
...titer moritur, vel Sacrificium proficui non potest. Tunc
...enim, si non adit alius Sacerdos jejunus, debet à non
...jejuno perficere Sacrificium. Ita rubric. Missal. de defunctis.
...recurrendus. n. 3. Fac. 3. Eccl. præc. lib. 3. c. 5. n. 17. & pas-
...sim Doctores. Nam id expostulat reverentia tanto Sacri-
...ficio debita, ut nimirum imperfectum non relin-
...quatur.

45. Si Sacerdoti iniiceretur mortis metus cadens in
...constantem vitium, si non jejunus celebrat, idque non
...in contemptum Religionis, sed v. g. ut alij audirent
/>Missa, potest is Sacerdos sic celebrare. Sic Ochaga-
/>via de Sac. 1. r. 2. g. 1. 2. n. 15. Ratio est, quia ex una parte
/>non cum tanto dispendio obligant præcepta humana:
/>de ex alia huius, de quo loquimur, violatio non videtur,
/>ne implicite quidem, involvere talem irreverentiam,
/>ut timeatur de aliquo virtuali contemptu. Sic Delugo
/>de Euch. disp. 15. sect. 2. n. 55. Nam si esset in contemptum,
/>nullo pacto profecto liceret: quia tunc esset intrinsece
/>mali, & ex nullo timore vel mali, vel mortis admit-
/>tendum.

46. Denique si petas, quisnam dispensare possit in
/>improvisi præcepto jejunii naturalis ante Communio-
/>nem: Respondeo, solum Summum Pontificem, ex com-
/>muni Doctorum sententia: qui tam n. de facto, ut ad-

Part II.

vertit Delugo ibid. nec ipse dispensare solet. Rectè au-
/>tem dictum est (solet) siquidem dispensasse aliquando,
/>nemp. Imperatori Carolo V. tradit Famianus Strada de
/>Bello Belgico lib. 1. dec. 1.

§. 1 X. De communione in azymo, & in fermentato.

1. Cum certum sit, & fuscè à Theologis probatum,
/>azymum, cum fermentatum panem esse materiam
/>consecrabilem, quoad validitatem Sacramenti: Græcam
/>verò Ecclesiam in fermentato Latinam in azymo ritè
/>consecrare, atque adeo Fideles utriusque Ecclesiæ suo
/>quemque ritu sacram Eucharistiam sumere consueverit;
/>Ita S. Th. 3. p. 2. q. 74. art. 4. & ibid. Euch. Theologi Suar. de
/>disp. 43. sect. 3. Laym. lib. 5. tr. 4. c. 2. num. 4. alique aliqua
/>quæ possunt in praxi occurrere, operæ pretium est ex-
/>plicare præsertim nobis in Sicilia scribentibus, ubi
/>multi (etiam integra Oppida) sub Græco ritu catho-
/>licè vivunt. Id, quod tamen, ut distinctius explicetur al-
/>tius est repetenda disputatio, nimirum ab ipso ritu con-
/>secrandi in azymo, vel fermentato, ut facilius ad Com-
/>munionem in iisdem explicandam, quæ ad nos pertinet,
accedamus.

An Sacerdos celebrare debeat in azymo, vel fermentato.

1. Certum est primò, ex necessitate præcepti à quoli-
/>bet Sacerdote, juxta propriam Ecclesiæ consuetu-
/>dinem, hoc est, à Græco in Græca Ecclesia fermentatum;
/>à Latino in Latina Ecclesia azymum assumi debere ad
/>consecrandum: si secus fiat, peccari mortaliter. Sic S. Th.
/>Suar. Layman. citati, alique mox citandi. Ratio est sensus
/>Ecclesiæ semper consuetudinem hanc gravissimam in
/>utroque respectu ritû judicantis. Adde Concilij Flo-
/>rentini in litteris unionis, auctoritatem. Adde & Pij V.
/>constitutionem 12. ibi: ne Græci Latino more, & Latini
/>Græco ritu Missas, & alia divina officia celebrent.

2. Hinc infert Suarez de Euch. disp. 44. sect. 3. in fine.
/ & Layman. l. 5. tr. 4. c. 2. num. 4. neque in casu necessitatis
/>dandi ægroto Viaticum, quando deest materia proprii
/>ritus, & suppetit alia, licitum esse Græco in azymo, La-
/>tino in fermentato consecrare; Ratio est quia ad Eccle-
/>siæ majestatem, tantique mysterij reverentiam spectat
/>ut non nisi servatis Ecclesiarum antiquis ritibus, qui
/>gravissimi, & strictissimi juris semper judicati sunt (qua-
/>lis est hic sine controversia) conticiatur. Neque enim
/>propter necessitates privatas debent publicæ, & univer-
/>sales gravesque consuetudines negligi. Bonum igitur Re-
/>ligionis publicum debet præferri bono spirituali parti-
/>culari moribundi: multo magis, quia Eucharistiæ sum-
/>ptio non est ita absolute necessaria ad salutem, sicuti
/>Pœnitentia & Baptismus.

3. Quid si aliud sacramentum talis infirmus, v. g.
/>Pœnitentiam habere non poterit, ita ut credatur posse
/>ex probabili sententia c. 1. §. 1. n. 2. judicari ponenda
/>in gratia per receptionem Eucharistiæ? Respon-
/>deo, neque esse puto permittendum; quia non est ape-
/>rienda via ad tam gravem consuetudinem deferendam:
/>nam sic etiam aperiretur via ad faciendum sacrum in si-
/>mili necessitate, sine ullis vestibus, sub vespertis,
/>in una tantum specie, imò & consecrare sine Missa, &c.
/>Imputet igitur sibi infirmus, si nolit (cum Dei gratia
/>semper præsto sit) sese conterere, & sic justificari. In
/>tanta necessitate inclinarem ad id, ad quod etiam, pro
/>ordinario Viatico, videtur inclinare Suarez dicta sect. 3.
/>sine, ut nimirum possit Græcus in Ecclesia Græca cele-
/>brare in azymo, non vero Latinus in fermentato. Ratio
/>est quia minus est recedere à consuetudine patris, quam
/>à consuetudine capitis: Quoniam ergo Græcus recede-
/>ret à more Ecclesiæ Græcæ, quæ est membrum, seu
/>pars: Latinus verò more Ecclesiæ Latinæ, quæ est caput;
/>videtur Græcus posse excusari in tanta necessitate
/>ad consecrandum in azymo, non verò Latinus in fer-
/>mentato.

G. 5. Certum

5. Certum est, secundum cum soleant in Ecclesia Latina esse aliqua templa, ubi Græcis Græco ritu: & in Ecclesia Græca: ubi Latinis Latino more celebrare conceditur, certum inquam est quemlibet in dictis respectivè templis etiam si solum per transitum ibidem inveniat, debere suum ritum servare. Sic Suarez *ibid.* §. *illud verò* Ratio est, quia ii tunc perinde se habent, ac si in propria Ecclesia versarentur, propterea enim hoc privilegium habendi ibi sua templa concessum censetur, ut quilibet suum illarum cultum ad ritum. Quamobrem quia Panormi v. g. existit templum S. Sophiæ, & Messanæ templum S. Catharinæ, ubi Græci Græco ritu celebrant, non poterit Græcus in iis Civitatibus, nisi more Græco sacrificare.

6. Quod si contingat, quod Latinus celebrare velit in dictis eisdem templis Græcorum, non poterit nisi more Latino sacrificare, & similiter si contingat quoddam Græcus ibidem habitans celebrare velit in templis Latinorum more Græco celebrare oportebit. Ita Suarez *ibid.* Coninch. *de Euch.* q. 74. art. 4. dub. 3. num. 119. Ratio est quia cum ibi habeant sua templa indicantur esse in sua Ecclesia, & per accidens est, quod nunc sacrificent in templo alieno. Atque id quod dicimus quando in nostris Regionibus existunt Græca templa, dicendum erit de regionibus Orientalibus, quando ibi adsunt templa Latina. Et quidem ita observari vidi in Oppido La Piana in Diocesi Montis Regalis, ubi sunt sua templa Græcis, & sua pro Latinis. Nam quando accidit ut Latinus Missam celebret in templo Græcorum, & Græcus in templo Latinorum, suum ritum quisque custodit.

7. Difficultas igitur superest, quid dicendum quando Græcus Sacerdos invenitur in partibus Occidentalibus Latinus verò in Orientalibus, ubi sui ritus templa non adsunt?

Dico esse distinguendum: nam vel hic Græcus, Latinusve mutavit omnino domicilium, animo scilicet ibi perpetuo manendi, vel non mutavit domicilium, sed est ibi per transitum, seu etiam per habitationem alicuius temporis: Si primum debet in ritu Ecclesiæ, ubi sedem fixit, celebrare, nec potest in suo, sine Pontificis privilegio. Sic Suarez *ibid.* dicto §. *illud verò*, in fine. Ratio est, quia jam est membrum Ecclesiæ, in qua firmam posuit sedem sui domicilij: ergo ejusdem Ecclesiæ mores excipere tenetur. It a Suarez, & Coninch. loquentes de Sacerdote Græco, eademque est ratio de Latino. Si secundum, licet possit conformem se reddere cum ritu loci in quo est, & consequenter Græcus in azyzo, & Latinus in fermentato consecrare, non tamen obligatur, cum possit in suo ritu persistere, si libeat. Sic Suar. *d.* §. *illud verò*, Coninch. *de Euch.* q. 74. art. dub. 3. n. 117. Ratio est, quia est probabilissima opinio Coninch. *disp.* 74. art. 4. dub. 3. Castropal. *tr.* 1. *de leg. disp.* 1. p. 14. §. 3. n. 11. Mol. *disp.* 4. *de leg. c.* 3. *sect.* 4. n. 36. quemlibet transeuntem per aliquem locum posse, sed non teneri se accommodare cum consuetudinibus loci per quem transit.

8. Adverto Primum melius, & expeditius esse, si in suo ritu quis celebret. Ratio est quia hæc non sunt consuetudines propriæ locorum, sed universales utriusque Ecclesiæ, quas præstat observari à quolibet, quando est ejusdem Ecclesiæ membrum & pars: at talis supponitur in casu nostro, cum nondum mutaverit absolute domicilium. Adde consuetudinem, quæ sic jam videtur esse introducta fundaturque in eo, quod difficile esset Græco transeunti etiam cum aliqua mora per regiones latinas, ritus, & ordinem, ceremoniasque Latinas ediscere: & similiter Latino per regiones Græcas. Suas ergo quisque Missas & expeditius recitabit, & melius in suo ritu consecrabit. Quod certè videtur insinuari à Leone X. in *Epist. ad Michælem*. *Constit.* 29. *ill.*: *Ut quisque in sua Ecclesia ritum celebrare sinatur etiam si in alieno solo fuerit.*

9. Adverto Secundum cum Sanc. Lessio, Suar. aliisque apud Metollam *cir. sect.* 3. num. 533. licet in aliis casibus peregrinas teneatur legibus loci se accommodare, quan-

do non est in tali loco per brevem transitum, & aliquid notabile tempus, puta per majorem partem dante exemplum DD. de studiosis extraneis, dicuntur habitare in ea urbe ubi student, non habere domicilium: licet, inquam, ita sit in aliquo loco, tamen in hac nostra materia nisi Græcus, Latinus sedem, modo supradicto posuerit, quamvis per quod tempus notabile ibidem fuerit, non tamen possit, loci celebrandi ritum excipere. Id quod legem clarè docuerit Suarez dicto §. *illud verò*, cum Coninch. *d.* dub. 3. num. 118. & merito magis modo n. *preced.* allatæ, id etiam probant.

An laicus Græcus in azyzo, & Latinus in fermentato licite communicare aliquando possit.

10. **F**agundes *Echl. præc.* l. 2. c. 2. num. 5. & 6. docet cum communicando in azyzo, & Latino fermentato peccare mortaliter, citatque S. Thomam q. 74. art. 4. Caiet. *ibid.* Suarium *d.* §. *illud verò* tit paulo post, etiam si communicare velit in azyzo: & præter dictos citat Tolet. *lib.* 2. c. 2. n. 6. *de Euch.* l. 8. c. 10. & Bellarminum *lib.* 3. *de Euch.* omnes à me diligenter visi in citatis à Fagundes non dicunt: loquuntur enim de Sacerdotibus, & non mentionem faciunt de laico communicante: & licet à consecratione poterit trahi conclusio ad Communionem, illam tamen ii Doctores non duxerunt, nec certè absolute erat deducenda, ut censendi patet.

11. Dico Primum, laicus Græcus in partibus Occidentalibus, Latinus in Occidentalibus peccatum mortaliter committit, si communicet in suo ritu, hoc est prædicta Ecclesiasticam consuetudo, quæ sine hoc propter connexionem, quæ est inter consecrationem, communicandum, huc se debet extendere quandoque in contrarium non adest.

12. Dixi (regulariter, & quando quid non est contrarium) siquidem hic potest esse casus, qui vis fatissimè contingat, ostendit tamen divinitus obligationis, quam contrahimus in communicando ea quam contrahimus in consecrando. Facit Orientali Ecclesia adesse Græcum moribundum, in hoc casu erit in Occidentali de Latino, qui in Viatico, nec adit ibi, nisi Sacerdos Latinus, per quem qui Sacramentum consecrat in azyzo: poteritne hic laicus infirmus communicari pro viatico in azyzo? Puto posse. Ratio est primò: quia consuetudo generalis servandi hos universales ritus de azyzo, & fermentato, pro consecratione à Doctoribus citatur: pro huius Communionem, nequaquam. Et ipse V. *conf.* 12. supra allatus dum sic inhibet: *Ne Græci cupiunt uxorari, Latino more: & Latini Græco ritu, & in alia divina officia celebrent, vel celebrant* clarè de consecratione loquitur, non de laica Communionem. Secundò, quia faver dispartis non metum continet enim longè quid minus de ritu Ecclesiæ Communionem, quam Sacrificium: hoc enim est publicum, illa privata: hoc involvit sexcentas ceremonias, illa satis pauca: in hoc conficitur Sacramentum Christi Corpus, adeoque conficitur Sacramentum, in illo, solum quod confectum est, distribuitur, & ideo, quia casus propositus tam rarus est, ut non tam sæpè evenisse, ut consuetudinem inducat. Quod non possum mihi persuadere piam matrem Ecclesiam invitam censei in communicando agere, per alium ritum catholicum, unde nullum scandalum, nulla reverentia, nullus novus ritus inducendus timeatur, denique propter raritatem eventus, nulla una tribus sumatur universales consuetudines non servandi: omnia timere facilius poterant in consecrando per ritum ritum, ut supra n. 3. dictum est.

13. Dico secundum, Græcum in Latina Ecclesia, & Latinum in Ecclesia Græca, ubi templa sunt Græcorum, & Latinorum, ex antiquiore consuetudine

Cap. III. De requisitis post Communionem. 75

debuisset in suo ritu communicare: sed ex consuetudine recentiore saltem in nostris his Siciliae partibus, eos aliter observare, non immerito possit. Ratio prioris partis est, quia, ut supra n. 5. diximus, ad hoc concessa sunt illa templa alieni ritus, ut quisque suum servet: intellige cum exceptione dicta num. praecedente.

24. Ratio posterioris partis est ea, quam proponendo casum, de quo olim Messanae interrogatus fui, jam subjo. In nostro Domus Profetiae templo singulis mensibus, celebratur solemnis Fidelium Communio, ex privilegio Summi Pontificis concessa, in eam formam, ut qui ibidem Sacram Eucharistiam suscipit, Indulgentiam plenissimam lucretur. Graeci ergo nonnulli Graeco more Messanae viventes, solitum in fermentato apud templum S. Catharinae, ubi Graecus ritus servatur, communicare, interrogaverunt nostros, an possent apud nostrum Societatis templum Eucharistiam in azymo recipere, indulgentiamque lucrari; Ex Fagund. num. 10. allato, videtur multis negativè esse respondendum: Nihilominus putavi non esse illos tanto bono defraudandos, atque adeo posse. Motus fui primò, quia Pontifex dum cum Indulgentiam omnibus Fidelibus concedit, non videtur velle excludere Graecos ibidem commorantes: quare cum ex alia parte determinet locum communionis, ubi non nisi in azymo Eucharistia distribuitur; videtur implicite concedere facultatem in illa communicandi. Secundo, quia non solum in hoc casu, sed etiam nulla interveniente causa, Panormi, ubi nihilominus tenet templum Sanctae Sophiae, in quo servatur pro Orientalibus orientalis ritus, Auditores nostrorum scolarum Graeci Graeco ritu viventes, passim, in nostris Congregationibus, templisque communicant, pende de ceteri Latini, in azymo: id quod, cum ego observassem, atque à P. Francisco Scorsio nostrae Societatis viro docto, & erudito, qui uni ex iis Congregationibus Philosophorum praerat, inquisissem: atque mea interrogatione motus, ab ipsis Graecis esset rem sciscitatus, responderunt se sine scrupulo semper ita fecisse, nec esse à sua consuetudine repellendos: quare nec nos repugnans, Tetid, quia cum ego minimus Theologi munere immunito fungerer apud Illustrissimum Archiepiscopum Montis Regalis Dominum D. Joannem de Torrefrancha in visitatione Oppidi La Piana ejus Diocesis (adver- ti Graecos non infrequenter in Ecclesia Latina (quae tunc cum suo Archiepiscopo, seu Parocho Latino pro Latino residet) in azymis sine ullo scrupulo communicare: non verò de contra Latinos in templis Graecorum in fermento. Quare rationem diversitatis inquirere volui: responderuntque ij Sacerdotes id fieri, quia cum sit universalior ritus Romanus, quam Graecus, licet Graeco Romanum, utpotè universalior, sequi: non verò Romano Graecum. Hae illi. Sed licet ratio haec nimis prober, probat enim Graecos etiam in Ecclesia Graeca existentes, ad libitum, Latinos ritus sequi posse; tamen, & tangit rationem quam ex Suario supra n. 4. diximus: satis mihi est, usurpationem illam Graecorum communicandi aliquando in azymo, non statim, ut omnino illegitimam, esse damnandam. Nam propterea, me auctore, à tali consuetudine Illustrissimus Praeful oppidanus illos nequaquam dimovet.

Hactenus resolutione Messanae data: ex qua, quod probare intendebamus, iam probatum manet.

25. Dico tertio, de Graeco versante inter Latinos, ubi nullum existit templum Graecum, & de Latino versante inter Graecos, ubi nullum adest Latinum templum, esse distinguendum. Si enim Fidelis movit domicilium, debet regulariter communicare ritu domicilij. Ratio est eadem, ac dicta supra num. 7. quia scilicet factus est pars illius Ecclesiae, in qua sedem fixit. Dictum autem est verò domicilium non mutavit, sed est iter agens, vel scolarum per aliquod tempus, poterit communicare, ut libet, vel in azymo, vel in fermentato. Ratio est eadem, quae dicta est eodem num. 7. quia scilicet probabile est

Peregrino dari facultatem; sed non obligationem sequendi ritus loci. Ex defectu tamen proprii ritus oriri solet, ut is alitius sit communicare semper in alieno, quando suis non adest. Ita Montis Regalis, ubi nullum est templum Graeci ritus, Graeci adolescentes ex dicto Oppido La Piana, alias Graeco ritui addictissimi, in azymo semper, more Latinorum, cum fermentato eareant, communicant.

C A P V T III.

De iis, quae ad communionem pertinent postquam peracta est.

§ I. An statim à Communione comedere liceat.

1. Licet maxime consulendum sit à peracta Communionem non statim ad comedendum evolare; tamen id in praecepto non est. Ita Valentia aliqui quos citat, & sequitur Layman. lib. 5. tract. 4. c. 6. n. 24. in fin. & Marchin. de ord. tract. 3 p. 3. in fine. Nec obstat capitulum, Tribus gradibus, de Consecr. distinct. 2. ubi ei, qui mane sumpsit Eucharistiam, praecipitur jejunium usque ad sextam: & ei, qui sumpsit tertia, vel quarta hora, idem praecipitur usque ad vespertam: non obstat, inquam, quia, is Canon jam est usu abrogatus. Facit ad hoc id quod dicam mox §. 4. n. 2. in fine.

§. II. An statim ab accepta Communionem expuere liceat.

2. Certe congruum est expectare aliquantisper: diu enim necesse non est; cum species Sacramentalis, natura sua, in stomacho cito corruptantur: de qua re vide §. 4. n. 4. nihilominus, statim postquam non est periculum, quod aliquod fragmentum in ore remanserit, expuere, non est illicitum. Ita Marchin. ibid. quia vulgum hac de re praeceptum extat.

§. III. An vomata ruminare, ad evocandum phlegma liceat statim à Communionem.

3. Licere, sicut licet expuere, secluso metu fragmenti in ore relict, quia nullum praeceptum est in oppositum, colligi potest ex modo dictis §. praecedenti. Et confirmatur, nam sputum, seu saliva ex capite distat in os: ut habet, praeter Medicos, S. Gregorius Hom. 10 lib. 10. in Ezechiel. ante medium. Non est igitur cur timeatur irreverentia sacris speciebus, quae dum indigestae sunt, in stomacho resident. Illud autem phlegma, quod Maltice, Pipete, Tabacco, vel simili evocatur, sputum est, & saliva. Nam si quando adhibeatur aliquid ejusmodi, ut vomitus à stomacho excutitur, longe alia ratio est, de quo jam subdo.

§. IV. Quando liceat infirmo, post peractam Communionem vomere.

4. Accidit nonnunquam, ut supra Communionem indigeat quis vomitum provocare. Quando nam id licebit?

Puto licere post horam: quia tunc sacra species digestae regulariter sunt. Ita Ioan. Sanchez in select. disp. 38. num. 2. Dixi (regulariter) nam certum in valido stomacho, vel in minori quantitate, citius: infirmior, vel in maiori quantitate, tardius digestio illatum fieri poterit. Novi ego infirmum, qui integrum sacrum orbem, post mediam horam, aliquanto plus, superveniente singultu, vomuit. Si quando ergo tibi post horam provocanti, etiam decurrat; per accedens erit: & illud de illis sacris speciebus fiat, quod diximus supra cap. 1 §. 5. num. 14.

Delogo de Eucharist. disp. 20. sect. n. 34. ex Medicorum placito probat formulam communem, quae Luis ad Communionem distribui continevit, corruptum in

stomacho mediocri, spatio minuti unius horæ, hoc est, in sexagesima parte unius horæ, & maiorem hostiam cum vini speciebus quæ solent sumi à Sacerdotibus, corrumpti spatio semiquadrantis horæ, vel certè quadrantis. Hæc ex Delugo. Ex qua doctrina colligere aliquis duo possit. Alterum id quod dixi argoro post mediam horam sacrum orbem evomente, fuisse valde per accidens: alterum provocari vomitum etiam ante transactam horam, sine irreverentia posse. Sed certè hæc non sunt facile colligenda, tum quia non est certum, Hostiam laicalem vel maiorem digeri eo temporis spatio, quo dictum est: tum quia, vis concoctrix cum à stomachi calore, & robore pendeat, idque in variis personis pro circumstantiarum varietate sit varium, non videntur resolutiones ei principio nixæ adeo securæ, ut sine peritiorè disquisitione vel excipi, vel in praxim deduci debeant.

5. Dixi iterum (regulariter) quia in casu veneni licet evomere etiam statim à Communione. Quando enim moveretur quis, quod species à se sumptæ venenatæ fuerint, poterit statim. Et quidem tunc de iis adaptari poterit illud, quod in simili dixit S. Thomas in 3. part. q. 83. artic. 6. ad 3. *Calix vite verti in mortem non debet.* Idem propter paritatem rationis esset, si venenum fuerit immistum ablutione, vel quocumque cibo, quem quis post Communionem sumpserit.

6. Sed quid, si Fidelis jam proximè Eucharistia refectus incidat in febrim, vel similem morbum, propter repletionem v.g. dici externi, ac Medicus vomitum consulat: vel ipsemet experientia novit vomitu sibi sedari malum consuevisse? Dico, si grave sit malum, ita ut non statim à Communione evomat, iure timeatur mors, vel gravissima infirmitas; eandem esse rationem, ac de veneno: jam enim vicem veneni gerunt ij pravi humores in stomacho: casum tamen rarè evenire in facto posse cenfeo. Regulariter ergo erit tamdiu expectandum, quamdiu iudicabitur sacras species in stomacho fuisse corruptas, ut modo dictum est n. 4.

§. V. *An sit novum, vel majus peccatum illud, quod ipsa die Communionis committitur.*

7. **E**O die, quo communicas, diligentius in virtutum actibus te exercere, decentius esse, quis ambigit? At nec esse novum peccatum, nec mortale saltem aggravari illud, quod eo die patrat, quo communicasti; mihi, & omnibus certum esse debet: citra enim contemptum (cum quo semper esset novum mortale) unde addi possit tam rigorola gravitas non apparet.

§. VI. *An post peractam Communionem liceat eodem die ad uxorem accedere.*

8. **E**X bono fine, ut ex amore prolis, vel ad evitandum incontinentiæ periculum, vel ad reddendum debitum, licere non est dubium. Quæstio igitur solum est? an sit veniale debitum petere causa solius voluptatis. Ecce veniale docet Sylvester, Angelus, Beja apud Marchinum de ord. tract. 3. p. 3. cap. 2. num. 16. Nullum esse peccatum tenet Sanchez de matrim. lib. 9. disput. 13. num. 17. & merito: quia, quævis sanum sit consilium eo die abstinere; tamen non est unde prohibeatur: dummodo non fiat statim à Communione: tunc enim magna videretur irreverentia.

9. Dices, idem Sanchez ibid. num. 8. ut nos supra cap. 2. §. 1. num. 5. in fin. citavimus, docet esse regulariter veniale accedere ad Eucharistiam post copulam exactam ob delectationem; ergo per ipsum debet esse etiam veniale accedere ex voluptate ad uxorem post accessum ad Eucharistiam: par enim irreverentia apparet utrobique, vel certè utrobique nulla. Respondet negando adesse parem rationem: nam copula habita ex delectatione solet afferre, ut ibidem diximus ex eodem Sanchez, mentis hebetudinem, magnamque distractionem, quæ voluntaria distractio in bona sententia supe-

rius allata cap. 1. §. 1. n. 13. ab eo qui communicat reverentiam fugienda est: at petacta jam Communionem ad alia negotia sponte distrahere non debemus.

CAPUT V.

De Præcepto Communionis Paschalis.

1. **A**D Sacram Eucharistiam percipiendam præcepto humano, sive divino, obligantur. Præceptum Paschale: *cap. 1. §. 1. n. 13.* ab eo qui communicat reverentiam fugienda est: at petacta jam Communionem ad alia negotia sponte distrahere non debemus. Quoniam verò de singulis est sigillatim agendum, facimus à præcepto Communionis Paschalis ferretur in cap. 1. §. 1. n. 13. *de panit. & remiss.* Quoniam verò de singulis est sigillatim agendum, facimus à præcepto Communionis Paschalis ferretur in cap. 1. §. 1. n. 13. *de panit. & remiss.* Quoniam verò de singulis est sigillatim agendum, facimus à præcepto Communionis Paschalis ferretur in cap. 1. §. 1. n. 13. *de panit. & remiss.*

§. I. *Omnis utriusque sexus Fidelis.*

Vbi, quid de non Baptizatis, Eurgumenis, & similibus.

2. **R**Ecè (Fidelis) nam Ecclesiæ præcepta necles, nec Catechumenos, utpote nondum in Ecclesiam per Baptismum introductos afficiunt. Sed quos cum Delugo de Euchar. disp. 16. s. 2. n. 17. potest opinari, non baptizatos, teneri sub mortali baptismum reddere aptos ad Communionem: nihil peccare dupliciter. Primò, quia respondent Baptismum. Secundò, quia capaces se Eucharistia reddere negant. Verum, alios ejusmodi secundum præceptum per etiam scio. Sic Sotus apud eundem, & merito docet præceptum; quod Christus indeterminatè determinandum pro tali, vel tali tempore ab Ecclesia. Cum igitur Ecclesia non determinet pro non baptizatis, qui ad ipsam non pertinent, remanet pro his determinatio, atque adeo nulla obligatio: quidem determinatum obligari potest nemo.

3. Iam verò ut sciamus, quoniam ex Fidelibus gentur in Paschate communicare; videndum est quoniam ex iisdem, communicare posse conceditur: ut omnes comprehendit illud. *omnis utriusque sexus.*

De Eurgumenis.

Dubitatur ergo primò, an Eurgumenis communicatio; & consequenter, an sint in Paschate ad communicandum obligandi. Sanè Eurgumenis olim, propter delectationem negabatur communicatio: postea tamen concessa est, ut ex Concilio Arausicano primo can. 14. apud Valey de Euchar. disp. 2. n. 1. c. 4. semper intellige, dummodo carnis quæ sita non absint, ut nimirum Eurgumenis: deperit, non sit periculum irreverentia, &c.

De Fautis, Stolidis, Sordis, Mutis, &c.

4. Dubitatur secundò, an liceat semisensibus omnino, & perpetuò amentibus nunquam, licet à Communionem, ut etiam stolidis: quales sunt in Africani, similesque debilem usum rationis habentes: eo his non esse denegandam, si non sit periculum irreverentia. Ita S. Thom. 3. part. quest. 80. artic. 9. *communicat.* Idem cenfeo de amentibus, quando aliquod lucis rationis intervallum. Sic Ioan. Sanchez

flor. disp. 3. Idem de mutis & surdis, etiam à nativitate.
Sic Diana p. 6. tr. 6. ref. 7. tum quia hi solent esse perspicacioris ingenij: tum quia satis est, si mediocri rationis usu potiantur; ex Sanch. de mar. lib. 2. disp. 8. num. 12.
 Neque obstat prædictos omnes aliquando debiliore rationis usu pollere, quam polleant pueri ætates, v. g. quibus nonnulli, ut infra dicemus, communionem incedunt: non obstat, inquam, nam pro his est spes perfectioris iudicii, quo habito ab Eucharistia non excluduntur: at illis, cum non sperentur meliorandi, sequitur deneganda esset, quod non patitur pia mater Ecclesia. Semifatis, aliquando, non semper, ne ex frequentia concipiant irreverentiam, ut notat Ianuarius, p. 1. Ref. 17. Hi qui usum rationis habuerunt, quem deinde amiserunt, nec constat amississe in peccato mortali, non esse denegandam Eucharistiam in articulo mortis, immo & aliquoties extra illum piæ, & probabiliter, docet Villalobos in *manual. c. 4. n. 17.* præsertim si retinent reverentiam huic Sacramento debitam, luceque aliqua rationis, ut modo dixi, fruantur aliquando: quales plerumque sunt Religiosi, qui quavis in amentiam incidunt retinent feres semper bonos habitus.

Bauci in *sing. casu. 174.* ait amentibus ab infantia non esse dandam Eucharistiam, quia iudicandi sunt perinde acque infantes. Rectè. Ita enim docetur communiter. Verum ibid. addit apud Layman. de *Euch. c. 4. num. 4.* iis qui post usum rationis in amentiam inciderunt. Eucharistiam dandam esse dumtaxat in mortis articulo, citatque Conc. Arausican. & Cathag. quod refertur *causa. 26. c. 6. 7.* Sed in hoc textu, in quo est quidem sermo de sumpt. Euchar. solum habetur de re nostra. Amentibus etiam quæcumque pietatis sunt conferenda sunt: quare illud (dumtaxat in articulo mortis) vel de suo addidit Bauci, vel sumpsit ex Glossa ibidem marginali, id quod, ut vidisti, non approbat valde piæ Villalobos.

Hi omnes de quibus in hoc § locuti sumus, ita deum obligantur communicare in Paschate, sicuti pro iudicio, quod participant, sunt obligationis capaces. Debitur tercio de phreneticis, scilicet de iis, qui habuerunt usum rationis, instante tamen morte, amentes fiunt. Sed de his proprius locus est paulo post c. 5. §. 9.

Dubatur quarto de pueris, de quibus iam subdo.

§. II. Postquam ad annos discretionis pervenerit.

Vbi, an Impuberes subdantur legibus, & pœnis latis ab homine.

¶ Nantibus nostra hac ætate, non esse dandam Communionem, saltem ex tacito Ecclesie præcepto certum est.

Dubium ergo superest, de pueris usum rationis jam attingentibus. De quibus duplex est sententia: Prima dicentium majoris discretionis usum requiri, ut puer Communionem quam ut Sacramentaliter confiteatur. Ita Suarez, alique cit. à Ioan. Sanchez *mox* citando. Ratio est, quia in dicto cap. *Omnis unusque*, præceptum confessionis fertur absolute, semel in anno confiteatur. Unde satis est communiet ætas inter septimum, & octavum annum quando incipit discretionis usus: at præceptum communionis fertur cum restrictione reverentiae, suscipiens reverenter Eucharistia Sacramentum. Quare requiritur (inquit hac sententia) ætas inter decimum, & decimumquartum, quando scilicet, secundum iudicium Confessoriorum, & multo maius parentum, qui melius filios norunt, æstimantur sufficienter discernere inter cibum, & cibum, &c.

6. Secunda sententia est dicentium eandem ætatem ad Communionem sufficere, quæ ad Confessionem: nempe aliquanto plus, quam septennium. Ita Ioan. Sanchez in *sel. disp. 16. Castrop. de legib. disput. 1. p. 24. §. 2. num. 7.* non enim minus debet puer pro confessione discernere, quia, qualisve debeat esse dolor peccati.

Part II.

totum, quanta sit offensa Dei, quo animo petenda venia, &c. quam pro Communionem, quid sit cibum ille, quæ quantæque devotio requiratur, & similia. Cum ergo ad illa cognoscenda satis sit ætas intra septem, & octo annos; eadem sufficere ad hæc.

Utraque sententia est probabilis: unde sequitur à te posse obligari puerum post septennium ad Communionem Paschalem, cum posteriore sententia: posse eximius, usque ad decennium, & aliquando plus, cum prior.

An pueri subiaceant legibus humanis, quoad culpam.

7. Sed jam hic solemne illud resolvendum est dubium, Sæ pueri qui ob perfectum rationis usum in utraque sententia possunt, debeant tamen sub reatu peccati mortalis, & sub pœnis ab Ecclesia inflatis ante pubertatem communicare. Hæc difficultas petit universales illas duas. Quæst. Primò, an ante pubertatem pueri subiaceant legibus humanis, quoad culpam. Secundo, an iisdem subiaceant, quoad pœnam: quas breviter discutere abs te non erit.

8. Quod ad primam: fuerant quidam, qui affirmarunt pueros, usque ad decimum quartum annum, & puellas, usque ad duodecimum compleros (tunc enim est terminus, in quo incipit pubertas, ante semper dicuntur impuberes) non teneri legibus humanis, etiam Ecclesiasticis, ne quoad culpam quidem: unde contra agendo, non peccare.

Nam propterea fortè Emmanuel Sæ in genuina antiqua impressione V. Confessio num. 3. in meo Codice impresso Venetiis 1601. apud Ioan. Baptista. Ciotum sub signo Aurora, sic habet. *Et si, quidam putant teneri ad confessionem, qui habet usum rationis, scilicet cum pudet malefacti, tamen Ecclesia non videtur obligare ante pubertatem.*

In hoc tamen Emanuelis dicto advertendum est, in emendatis novis impressionibus, addita fuisse aliqua verba satis restrictiva, in hunc modum: *Tamen Ecclesia non videtur obligare ante pubertatem, quoad penas non continentibus impositas* Id quod est longe diversum à germano Emmanuelis dicto.

9. Præterea Henriquez lib. 8. de *Euch. c. 42. n. 4.* putat Ecclesiæ præceptis non obligari pueros statim, ac usum rationis habent: & lib. 3. de *excom. c. 49. n. 2. lit. N.* asserit dari his Medicinam, in die junij, licet habeant usum rationis. Quantum autem, ut obligentur expectandum sit, nequaquam decernit. Denique Sotus in 4. *dist. 12. q. 2. à 11.* favetque ex parte S. Antoninus 2. *p. tit. 9. c. 8. §. 6.* affirmat usque ad duodecimum annum non teneri pueros ullis Ecclesiæ præceptis; & consequenter, nec confessionis.

10. Vera tamen sententia docet pueros statim ac usum habent rationis; humanis, atque adeo Ecclesiæ legibus stringi, nisi fortè expressè eximantur: certe à præcepto jejuni, usque ad vigesimum primum completum, eximuntur. Ratio convincens est, quia puer eo ipso quod usum rationis participat est capax obligationis legis humanæ, sicuti est capax legis naturalis, & divinæ: ergo non est unde eximantur quando lex fertur pro omnibus nec ipsi excipiuntur. Ita communiter D. D. Salas, Suarez, Azor. alij, &c. quos citat & sequuntur Bonac. *disp. 1. de leg. q. 1. p. 6. n. 8.* Sanch. lib. 1. in *decal. c. 12. n. 6.* quæ expressè loquuntur de præcepto auditionis Missæ, de abstinentia à carnibus, de præcepto Confessionis annuæ. Et quidem de hac confessione videtur minus esse dubitandum: siquidem Canon, *Omni utriusque sexus*, videtur hos comprehendere, cum præcipiat, ut omnes Fideles, cum ad annos discretionis pervenerint, semel in anno confiteantur si sibi sint conscij peccati mortalis: at hi pueri ad annos discretionis pervenerunt, ut supponimus.

An pueri subiaceant legibus humanis quoad penas.

11. Quoad secundam, quæ est difficilior disputatio, & controversa magis, triplex est sententia.

G 3.

Prima

Prima docet pueros usum rationis ante pubertatem habentes non attingi censuris, & poenis ab homine, latas, attingi tamen à latis in iure communi. Ita Azor. Sotus, Valquez, Thom. & Ioan. Sanchez ab eodem Ioanne citati in *sel. disput. 51. num. 31*. Ratio est (inquiunt) quia in iure *cap. 1. & 2. de delictis puerorum*, eximuntur pueri à poenis latis (ut ipsi explicant) à iudice: non vero à latis à iure. Addunt rationem convenientiam, cur ipsi ita explicant, esse quia ad incurrendas poenas latis ab homine requiritur ordo iudiciarius, v. g. citatio, defensio, &c. ad quæ apti minime sunt pueri: at verò ad incurrendas poenas latis à iure, cum hæc non requirantur, apti erunt pueri, ac proinde illas legitime incurrent poterunt.

12. Secunda sententia opposita est dicentium, nullam prorsus poenam vel censuram sive ab homine, sive à iure latam incurri à pueris ante pubertatem. Ita S. V. *Constitutum 2. & Fagund. præ. Eccl. 2. lib. 1. cap. 3. n. 14*. Ratio est, quia adest decisio clara *cap. 1. & 2. de delictis puerorum*, ubi pueri infra decimum quartum annum à poenis simpliciter eximuntur: quæ cum universaliter loquatur, & ex alia parte, odia restringi debeant, non est asserendum decisionem loqui dumtaxat de poenis latis ab homine: ubi enim lex non distinguit, nec nos distinguere debemus: multo minus si distinguentes extendamus leges odiosas.

13. Ex qua secunda sententia sequitur hos pueros clericos rixantes, seque invicem percussiones non incurere excommunicationem. Si quis suadente, &c. Ita Molin. allatus à Fagund. *ibid.*

Sequitur secundo: eosdem omittentes confessionem annuam, vel Communionem Paschalem non incurere excommunicationem, fortè in aliqua Diocesi contra non consistentes, vel non communicantes latam. Sic Ioan. Sanchez in *sel. disput. 26. n. 18*.

Sequitur Tertio: eosdem aliquem occidentes non incurere irregularitatem. Sic Avila, Hentig. citati à Ioan. Sanch. *ibid.* contra Thom. Sanchez, & Granadum ab eodem citatos.

Sequitur Quarto, eosdem committentes crimen in Bulla Cœnæ non incurere excommunicationem Pontifici reservatam, & similia quæ multum dilatare poterunt conscientiam Confessorum. Notatur etiam à Suatio *disput. 5. de censuris, sect. 1. num. 19. in interdicto loci*, tales impuberes si illi contraveniant, peccare quidem contra præceptum in Interdicto latum, non vero incurere poenam impositam. Ratio autem prædictorum illa est, quia licet ejusmodi pueri, cum sint rationis capaces, culpæ subiacent; non subiacent tamen poenis.

14. Tertia sententia docet prorsus omnia, quæ docet secunda sententia: addit tamen limitationem. Existimat enim solam excommunicationem latam ob percussiones clericis in *cap. Si quis suadente*, contrahi à prædictis pueris, ceteras omnes non contrahi. Ratio est, inquiunt, quia in *cap. Super eo, cap. pueri, cap. Quamvis*, de sententia excommunicationis pueri doli capaces mittuntur ad Episcopum, ut absolvantur à percussione Clericorum: quamvis non ad summum Pontificem, cui aliis talis excommunicatio est reservata. Si igitur mittuntur ad Episcopum, ut absolvantur; jam supponuntur excommunicati.

Tres viri insignes, ut alios taceam, tenent hanc tertiam sententiam: scilicet Thomas Sanchez in *decal. lib. 1. cap. 12*. Ioannes Sanchez in *sel. disput. 26. n. 18*. & Castropalaus de *leg. disput. 1. p. 24. §. 2. n. 9*.

15. Quoniam verò hi textus, quibus ipsi inniuntur, diligenter perpensi, rem aperte non decidunt, ideo iudico secundam sententiam esse satis probabilem, nec tamen sua probabilitate catere primam, & tertiam.

Sed amabo te expendamus prædictos textus: inveniemus enim germanam textus interpretationem, vel à doctissimis ipsis vitiis, quando cursim loca leguntur, interitum effugere.

16. In *cap. super eo*, primo de sententia excommunicationis sic habetur: *Quod si clerici infra pubertatem ad invicem, aut unus alterum percussent; non absolventur, nisi prius ab Episcopo, vel a iudice, qui in hoc casu vertis: non dicit esse mittendos necessarios ad Episcopum, nec dicit eos incurrisse in poenam excommunicationis, sed solum eos eximi à recursum ad Pontificem. Et dicto colligi bene potest, eos non incurere excommunicationem Pontifici reservatam: at verò, quod minus incurant excommunicationem ab Episcopo solvendam, colligi non potest; absurda enim est consequentia, Non incurunt excommunicationem Pontifici absolvendam, ergo incurunt excommunicationem absolvendam ab Episcopo. Vel, Non incurunt excommunicationem Papæ reservatam: ergo incurunt excommunicationem. Ego enim contendo, illos, si litem non incurunt, nullam incurere: quia nullam nisi Papalis hæc in re fulminata est.*

17. In *cap. Quamvis* eodem sic legitur. *In iure Canonum, non nisi ab Apostolica Sede est absolvendum, imminente mortis articulo, infirmitate, inimicitia, opinia puerili, vel simili atque fragilitate sexus, aliaque potentia sive quolibet impedimento canonico rati. Et paulo post: Ceterum qui temporali impedimento laborant (exceptis pueris) sub iuramento, ut cessent impedimento, ad Apostolicam Sedem accedant, sunt absolventi. Hæc ibi: vides excipi pueros à recursum ad Pontificem: certè, dicam ego, quia supponuntur non incurrisse in excommunicationem Papalem, unde si nullam, quia nullius alterius meminit facere textum.*

Neque obstat, quod pueri cum cæteris, qui Pontificiam excommunicationem incurunt, numerantur à puerili vel simili atate, &c. Non obstat, inquam, enim factum est, non quia ipsi incurunt in excommunicationem Canonis, si quis suadente, sed quia ipsi verò contra dictum Canonem, quoad culpam, non agendum est de pueris, de quibus loquimur, peccant.

18. In *cap. Pueri eodem*, sic habes: *Pueri, qui in Canonem inciderunt sententia promulgata non dicitur in excommunicationem seu censuram, sed in Causam, in quo sententia excommunicationis, pro adultis promulgata est) sive ante, sive post pubertatem posuerint, solvi potest diocesanus Episcopus, absolvi non potest impetiri, cum propter defectum ætatis in qua sunt commissus excessus, rigor sit mansuetudine temperandus. Hæc Canon. Notas? Dicitur ab Episcopo ejusmodi pueri absolvi posse: at posse etiam ab aliis legitimis Confessoribus, qui Episcoporum sunt adiutores, non negari. Merito igitur colligi potest, eos ab excommunicatione licet non à culpa, liberos esse.*

§. III. Semel in anno confiteantur.

Vbi obiter de præcepto annuæ Confessionis.

19. Quamvis, id præsentis instituti non sit nullius in re, ne pars aliqua omittatur Canonis, quæ suscepimus enucleandum, etiam hoc de annuæ confessionis præceptum, per hanc occasionem explicare, non est inutile.

Quos obliget hoc præceptum.

Hoc ergo præceptum omnes Fideles, etiam pueros sufficienter, scilicet rationis post septennium habentes comprehendere, jam patet ex dictis, præsertim *num. 11*. Dicitur post septennium: nam si ante sint doli capaces, non comprehendunt, docet Io. Sanch. in *sel. disput. 51. n. 42*. cum id per accidens sit, ad quod Ecclesia non respexit.

Quid si post septennium dubium sit, an sufficienter rationis usi polleant? Respondeo nec obligari: quia præceptum Ecclesiæ est de Confessione absolute facta, ut at hi cum non possint ferre materiam certam, id est peccatum mortale certum, non possint ab illo absolvi.

sub conditione, ut dixi in *Methodo Confessionis*, l. 2. cap. 1. §. 3. n. 18. Quare in illos cadere non potest dicta absoluta obligatio. Quod si ferant certum peccatum veniale, ad quod committendum minor usus rationis requiritur, ex alio capite non obligantur, nempe quia ad venialia confitenda hoc præceptum non obligat, ut jam subd. Adde quod dicam c. 5. §. 8. n. 14. in fin.

20. Petes, an hoc præceptum obliget eos, qui solis peccatis venialibus aggravantur? Respondeo. Non obligat. Ita Suarez de penit. disp. 36. sect. 2. alique. Sicut enim Christus Dominus (licet indeterminatè quoad tempus) non tulit præceptum, nisi de confitendis mortalibus; hæc enim sola divinam ab anima gratiam expellunt; ita Ecclesia, non nisi de iisdem præceptum ad tale tempus determinavit. Quod si in iubilæis; quando requiritur confessio, intelligitur etiam cum Sanchez de iurim lib. 8. disp. 15. num. 19. ex opinione probabili, de venialibus; hæc est, quia tunc confessio, in eadem opinione, requiritur, ut unum ex bonis operibus assignatis sicuti elemosina, oratio, &c. quod non est in casu nostro. Dixi ex opinione probabili quia nimirum id etiam probabiliter negant Suarez de penit. disp. 52. sect. 3. n. 5. Fagundez præc. l. 1. lib. 2. c. 2. n. 11.

De tempore huius obligationis.

21. Iam verò quando obligat hoc præceptum? Respondeo. Cum Canon, quoad Confessionem dicat *semel in anno*, quoad Communionem, in *Paschate*, patet latius tempus in Confessione, quam in Communione notari, nempe totius anni latitudinem.

Nec obstat praxis Fidelium confitentium in Paschate: id enim factum est, non animo introducendi consuetudinem obligatoriam, sed propter Communionem, quæ tunc petenda est. Quare si quis mortalia confessus est intra annum, non obligabitur confiteri in Paschate alia mortalia de novo eodem anno fortè commissa, nisi per accidens, id est, ob Communionem: & sic, si propter infirmitatem, vel aliud impedimentum, communicare tunc non poterit, confiteri non obligabitur. Sic Layman l. 5. tr. 6. c. 1. n. 10. Coninch. de penit. disp. 5. n. 33. quidquid dicat. Nummus 2. in 3. p. 9. 6. art. 5. diff. 1. concl. 4. pari modo, etiam si periculum sit obliviscendi peccata, quæ deinde committuntur, non obligabitur confiteri ante sequentem annum: solum enim ad unam confessionem de mortalibus faciendam in anno ex præcepto compellimur.

22. Præterea, qui valide confitetur, sed sine per obligationem, sive ex aliqua causa sine culpa, aliquod peccatum mortale omisit; non obligatur ex vi præcepti huius anni, eodem modo confiteri, quia jam impletur præceptum. Ita Hurtad. disp. 7. de penit. diff. 11. obligatur ergo solum illud fateri in anno consequenti, vel certè (ut implet præceptum subdendi clavibus omnia mortalia, in periculo mortis, vel denique ante Communionem iuxta dicta c. 1. §. 8.

23. Qui verò, quia solis venialibus peccatis erat obnoxius, illa sola in prioribus v. g. sex mensibus anni confessus est, si deinde incidat in mortale, obligaturne in eodem anno illud confiteri? Respondeo obligari docent Valquez de penit. quest. 90. art. 3. dub. 1. num. 16. Hurtad. de penitent. disp. 7. diff. 11. quia per hoc præceptum (inquit) determinatur præceptum Christi, quod fuit solum de mortalibus, ut supra dictum est num. 20. Ergo illi non satisfiit nisi per confessionem mortaliū, quæ fuit præcepta; non verò per confessionem venialium: Ergo cum prædictus illam mortaliū non fecerit in prioribus mensibus, in posterioribus facere obligatur.

24. Ex qua doctrina sequitur eum, qui confessiones exhibuit, vel frequentissimas de venialibus in undecim mensibus, & viginri novem diebus anni, si in ultimo die mortaliter peccet; obligari eodem die, ni aliquo legitimo impedimento excusetur, (ut certè facile in tali angustia temporis inveniri poterit) antequam ex-

spiret annus, illud confiteri: quia per illas præcedentes venialium confessiones præcepto annuæ confessionis non satisfiit. Hoc autem durum alicui videri posset. Scio Ochagaviam de Sacram. tract. 2. q. 9. putare per confessionem venialium satisfieri præcepto Ecclesiæ: in qua opinione, si vera esset, non urgeret hæc difficultas: sicuti etiam non urgeret si annus in hac materia computaretur secundo modo ex dicendis mox n. 25.

25. Quatuor enim modis ejusmodi annus computari seu incipere, ac terminari potest.

Primo à confessione mortaliū, quam tu quando-cunque fecisti, ad aliam confessionem, quam facturus es: ne scilicet intra unam, & aliam intercedat plusquam annus. Ita Sotus in 4. diff. 18 art. 4. Valent. in 3. p. quest. 7. punct. 4.

Secundo à tempore, quo peccatum mortale commisi, usque ad confessionem, quam facturus es: Ita Ioseph de August. in brevi notitia præcept. Eccles. 3. n. 1. scilicet intra peccatum, commissum, & confessionem prius, quam annus prætereat.

Tertio à Pascha, ad aliud Pascha, seu in aliquibus Diocesisibus à Quadagesima usque ad aliam Quadagesimam: qui videtur esse pro hac re annus Ecclesiasticus, Ita Suarez de penit. disp. 36. sect. 3. Coninch de penit. disp. 5. n. 54. Pascha autem, seu Quadagesima hic accipitur pro illis diebus, intra quos præcepta est Communion: ita ut omnis confessio quæ fit ante Dominicam in Albis inclusivè, censetur spectare ad annum præcedentem: quæ verò post, ad sequentem.

Quarto à primo Januarii ad finem Decembris, qui est annus communis & civilis. Ita Valquez de penit. q. 90. art. 3. dub. 1. n. 15.

26. Ex his annam computandi modis, primi duo prædicto Suario non placent, & merito: quia illa verba (*semel in anno*) quibus latum est hoc præceptum, videntur significare certos terminos, & determinatos pro omnibus, non verò singulos pro libertate, seu determinatione singulorum: ut cum dicitur, *Semel jejunes in mense, semel jejunes in hebdomada*, non intelligitur nisi à determinato initio mensis, vel hebdomada ad determinatum finem, &c. Dicendum igitur est, duos posteriores modos esse utroque probabiles. Ratio est, quia verba illa legis, *semel in anno*, utrumque sensum facere possunt: annus enim, & probabiliter, potest sumi Ecclesiasticus, & probabiliter civilis.

27. Dices, at sequitur posse quempiam confiteri in principio anni unius, & in fine alterius, & sic differre quasi per biennium confessionem.

Respondeo. Etiam Sacerdos potest recitare, sine mortali, officium hodiernum, initio hujus diei, & crastinum in fine ejusdem diei crastini, & sic quasi per biddum differre recitationem. Nec igitur id in casu nostro inconveniens est, posita tali forma præcepti.

28. Porro; qui ne semel quidem, confitetur in anno, obligabiturne confiteri statim incepto anno sequenti? Respondeo. Quamvis multi cum Coninch. de penitent. disp. 3. num. 61. Ioseph de Augu. in brevi notitia præcept. Eccles. 3. num. 4. probabiliter contendant obligari: unde ni statim confiteatur; novo inquit & continuo peccato peccat; Tamen probabile etiam est, non obligari. Sic Valentia tractat. 4. disputat. 7. quest. 8. part. 3. §. Tercio notandum; Filliuc. tom. 1. tract. 7. cap. 3. num. 45. Ratio hujus est, quia hoc præceptum non est ut putant adversarij, primariò de confessione, & secundariò de tempore, ut cum quis vover, vel ei à conf. lario pro satisfactione, imponitur jejunium, v. g. qui si non potest uno die, debet alio jejunare; sed est præceptum, Confessionem, & tempus quod respiciens: est enim præceptum additum tempori, videlicet anno, seu duodecim mensibus, ut patet ex vi illius (*semel in anno confiteatur*). Illo igitur transacto; peccavit quidem Fidelis, sed non amplius præceptum præteriti anni illum urget, urget solum præceptum præsentis anni. Sic Sacerdos habet obligationem pro toto uno die, hoc est, viginti-

quatuor horis recitandi divinum officium:at illis transactis,non remanet obligatio præteriti diei, sed supervenit obligatio diei præsentis. Atque ex hac probabili sententia, sequitur eum, qui ob aliquod legitimum impedimentum, toto uno anno, v. g. propter inopiam Confessarij, non est confessus, non obligari in anno sequenti nisi ad unam confessionem intra ipsius anni latitudinem persolendam.

Causæ excusantes ab annua Confessione.

29. Illud nunc superest breviter addere, an aliquando ab ejusmodi annua confessione Fideles excusentur.

Dico cum Coninch. *de pœnit. disp. 5. n. 73.* excusari: & primo quidem eos, qui physice non possunt: ut qui carent Confessario, &c. Secundo eos, qui prudenter timent revelationem sigilli, aut ne ipse confitens incurrat in grave odium ipsius Confessarij. Tertio eos, qui confiteri non possunt sine notabili incommodo vitæ, fortunarum, &c. Nam. ut *toties dictum est*, præcepta positiva non obligant cum tanto rigore. Incommoda, quæ oriuntur præcisè ex ipsa confessione, ut magna erubescencia, vel timor quod teneatur quis à Confessario pro peccatore, non excusat: quia secus magni peccatores non tenerentur confiteri. Magnam erubescenciam excusare subditum ad confitendum reservata apud Superiorem docent Navarrus, & Sylvester apud Ludovicum à Cruce *de Bulla Crac. disp. 1. cap. 3. dub. 3. n. 11.* adde Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 19. num. 9.* sed non placent: quia sic enervaretur vis reservationis. Quod si subditus per pium Confessarium petiit à Superiore, & non obtinuit licentiam alteri confitendi: diximus *cap. 1. n. 18. in fine n. 28.* quid habeat remedium.

30. Hinc sequitur, si non possum adire, vel vocare Confessarium, nisi conficiendo longum, ac laboriosum iter me excusari. Quale autem tale sit, ex diversis circumstantiis temporis, personarum, & similium, iudicio prudentis, est expendendum. Vnde quæ dixi *supra c. 1. §. 6. num. 19.*

31. Quod diximus de confessione, ut semel hic dicam, de Communione Paschali dictum esto: par enim est ratio.

32. Illud bene advertit Coninch *de pœnit. disp. 5. n. 74.* facilius Fideles excusari ab hac annua confessione, quæ tandem est ex Ecclesiastico præcepto, quam à confessione faciendâ, urgente mortis periculo, quæ est ex præcepto divino: tunc enim urgentior excusationis causa, ut per se patet, exposcitur.

33. Qui autem fecit confessionem invalidam, sive ex defectu doloris, sive ex defectu integritatis confessionis, sive ex defectu absolutionis, &c. non excusatur: sed debet denuo, antequam annus evolet, validè confiteri. Sic Suarez *de pœnit. disp. 36. sect. 7. n. 3.* Coninch. *de Sacram. disp. 5. dub. 9.* Layman. *lib. 5. tract. 6. cap. 5. num. 11.* & alij communiter. Ratio est, quia non fecit quod præceptum fuit: fuit autem præcepta confessio sacramentalis, quæ si est invalida, confessio non est. Nihil denuo confiteatur, subiacebit pœnis non constitutis impositis. Sic Fagundez *præcept. Eccles. lib. 1. cap. 4. n. 12.* contra Henriquez *lib. 5. cap. 4. §. 1.*

34. Neque obstat quod ex communi doctrina, qui peccato mortali, vel etiam excommunicatus, excommunicatus, &c. *præcept. Eccl. lib. 1. cap. 6. num. 5.* communicat in Paschate, satisfaciit præcepto, nec subiacerit pœnis contra non communicantes infligis: non obstat, inquam, quia hic verè suscipitur Sacramentum, licet illicitè, atque adeo fit quod præceptum est: ibi non item.

35. Verum opposita opinio, quod nimirum satisfiat præcepto per invalidam confessionem, esse probabilè merito putant nonnulli. Ita Fagund. *præcept. Eccl. 2. lib. 1. cap. 4.* citans Gabrielem, Sylvestrum, Victoriam, Alensem, Sâ, Canum, Ledesnam, Paludanum. Ratio est, quia Ecclesia solum externum confessionis actum præcipere potest, seu certè præcipit, & remissio peccatorum est finis præcepti, non tamen cadit sub præcepto.

Denique quando quis ad aliquod breve tempus satur, dicam *n. 5. §. fine*: ut item an sit obligatus niendi, dicam *n. 37. & 38.* denique quando est tollendi impedimenta, ut possit quis confiteri, *num. 40.*

§. I V. Suscipiens reverenter, ad manum Eucharistia Sacramentum.

Ybi de obligatione præveniendi, & impedimenti.

De loco Communionis, de tempore, deque ministerio præferim Religiosi.

36. IN Pascha, hoc est, ut jam consuetudo est, explicuit, à die Dominica Palmarum, &c. usque ad diem Dominicam in Albis. Cum autem conceptum sit additum tempori Paschali; qui communicavit, peccavit quidem graviter, sed non obligationem statim communicandi, nisi in Paschate: sicuti qui Missæ non interfuit die Dominice non obligatur audire statim die Lunæ. Ita Tol. apud Delugo *de Euch. disp. 16. sect. 14. n. 63.* Aliqui habiliter contrarium sentite non ignoramus, ut Vasquez, Fagund. apud eundem. Quod per Communionem peccaminosam satisfiat præcepto, dixi modo.

De prævidente impedimento.

37. Atqui prævidet se non posse communicare, & Paschali tempore, obligaturne prævenire? docet Suarez, *ibid.* apud eundem Delugo. Negat *ibid.* apud eundem: quia præceptum non urget nisi in Paschate. Idem dic de eo, qui prævidet se, anno sequenti non posse: non enim obligatur hoc anno obligatione sequentis anni confiteri.

38. Ex hac probabili sententia sequitur si quis communicavit ante Pascha, & contingat forte tolli impedimentum, adhuc teneri in Paschate: quia non satisfecit præcepto. At non tenet si in die Communionis anticipavit ex intentione præparavit ex opinione suarum (quæ certè probabilis est quia sic jam implevit præceptum).

39. Sed quid, si quis dum est in prima hebdomada prævidet se non posse in secunda communicare: ne in prima hebdomada communionem peragat, pondere teneri, quia jam urget præceptum: ut quod si potest interesse Sacro mane diluculo, si prævidet non posse circa meridiem, manè tenetur: quia ex parte potest, & alio præcepti obligatio adest. Idem præparat rationis dte de prævidente, se non posse confiteri in fine anni: obligatur enim si potest in initio.

De obligatione tollendi impedimenta.

40. Diximus de prævidente impedimento: dicamus consequenter de eo, qui impedimentum tollit, se, ad communicandum in Paschate, ut etiam ad intendendum intra annum, obligatur. An excommunicatus, v. g. an carcere detentus, an infirmus, & similes impediantur sub mortali propter præceptum Communionis Paschalis, & annuæ confessionis, quæret solutio nem ab excommunicatione, excarcerationem, sanitatem ut scilicet in Paschate communicare, & intra annum confiteri, licitè & expedire possint. Respondet communicatus obligatur, carcere detentus, & similis non obligantur. Sic Suarez, Avila, Fagund. *Mon. lam disput. 4. de leg. cap. 3. dub. 37. num. 433.* Delugo *de Euch. disp. 26. sect. 2. num. 17.* contra Hering. *lib. 1. cap. 1. num. 1.* Ratio prioris dicti est, quia præceptum Communionis, & confessionis est magni momenti: confessio, & communio maxime conferant ad animæ salutem, & ideo rigidè obligat, & consequenter obligat

removenda ea praesertim mala spiritualia, quae possunt obstatere ipsius praeepti adimpletioni. At, cum carcer, & infirmitas spiritualia mala non sint, non tam rigide ad illa removenda praeepta confessionis, & communionis obligabitur: ut ipsi etiam timorati conscientiae ostendatur, qui non multum solliciti sunt de tollendo carcere, vel aegritudine, ad hunc finem, ut possint confiteri, vel communicare. Enim verò naturalis, ad haec mala corporalia avertenda, sollicitudo satis, superque est. Dixi autem initio huius numeri. 40. (similes impediti) id est voluntarie impediti: nam voluntaria impedimenta, & oblatu non graviter difficilia, tolli, ut quis confiteri, & communicari possit, non controversia dignum.

41. Nam etiam disparitatem hic assignant Doctores, Suarez, Sayr, Henriquez, Coninch. apud Merollam. Cur enim non obligetur excommunicatus (ex vi praeepti de audiendo Sacro diebus festis) ad tollendam excommunicationem, ut ipsi liceat audire Sacramentum, obligatur verò modo dicto, ut confiteatur, & communice? Disparitas autem est, quia confessio, & communicatio sunt majoris momenti ad salutem, quam auditio Sacri: & ideo illorum praeeptum rigide, huius autem, non tam rigide obligat Fideles ad tollenda oblatia impedimenta.

Vbi communicandum in Paschate.

42. Quibus autem, & in quo loco accipienda sit haec Eucharistia, Paschatis tempore, nunc est dicendum. Id quod, ut melius intelligatur, advertendum est cum Delugo *disp. de Eucharist. 2.8. sect. 2. num. 36.* ad licite ministrandum hoc Sacramentum requiri jurisdictionem: patere enim oves pertinet ad pastorem proprium vel eandem ad ejus delegatum: quales, saltem extra Pascha, nunc in suis Ecclesiis sunt Religiosi mendicantes, ex privilegiis: Dico (nunc ex privilegiis) nam ceterum in Clement. I. *de privileg.* excommunicantur Religiosi ministrantes Eucharistiam sine Parochi licentia. Praeterea dico (saltem extra Pascha, & in suis Ecclesiis) nam, pro Paschate, dicam *n. 4.8. item n. 51.* & an extra suas Ecclesias, dicam *dicto n. 51.*

43. Sufficit tamen, ejusdem pastoris, seu Parochi consensus interpretativus seu praesumptus. Quis autem veniat nomine pastoris, seu Parochi, explicabitur §. sequenti *num. 51.* Neque dicas si requiritur jurisdictionis, ergo requiritur consensus expressus, ut accidit in Sacramento Pœnitentiae. Ne id dicas, inquam: nam absolutio in Sacramento Pœnitentiae, est actio iudicis, quae requirit validitatem sententiae potentes condonare, quam potentiam, seu auctoritatem non habet inferior, nisi illi actui a superiore committatur. Ad administrandam Eucharistiam, id non requiritur: quia semper valide Eucharistia ministrabitur.

44. Per Bullam Cruciatæ dari facultatem, ut extra Pascha à quocunque Sacerdote possit sumi Eucharistia, docet Valquez *de Euch. disp. 219. cap. 5. n. 37.* Negat Suarez *de Euch. disp. 72. sect. 2.* utrumque probabile.

45. Hoc posito hic propria est difficultas pro tempore Paschali: nam pro hoc tempore videntur esse magis juris Parochi ad dandam hanc facultatem, ut extra suam Parochiam Fideles communicent: quia tunc volunt recognoscere suas oves, unde non facile tunc praesumitur eorum voluntas, sicuti praesumitur intra annum quando satis est, si prudenter iudicetur, quod si sciret, ratum Parochus haberet. Quo ad hoc igitur,

46. Certum est primo Vagos, & Peregrinos advenas posse obilibet huic praeepto satisfacere. Colligitur ex Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 23. num. 17.* ibi *Secundò probatur.* Ratio est, quia saltem adest tacita sui Parochi, vel Papæ licentia. Idem dic cum Peyr. *tit. 1. Const. 1. lalij 2. num. 91.* apud Pellizz. in *Man Reg. T. 1. tract. 8. cap. 3. sect. 3. quest. 3.* favetque Fagnon, *prae. Eccl. 3. lib. 1. cap. 1. n. 21.* de legitime impeditis, qui scilicet vel iusta laborant causa, qua ad Parochiam se conferre nequeant, vel Parochus eiusve substitutus absens est, quia in ejus-

modi eventibus praesumitur à Parochio facta concessio. Idem censeo si Parochus vel exequi per negligentiam suam recusat munus, vel licentiam alibi communicandi per malitiam, denegat, praesumitur enim tunc aibi communicandi facultatem à summo Pontifice fuisse concessam.

47. Certum est secundo in Cathedrali posse omnes etiam de Diœcesi: effectum, de *Officio Archiepiscopi.* Bonac *de Euch. 7. disp. p. 1. num. 11.* quia in Cathedrali adest Episcopus totius Diœcesis Pastor.

48. Certum sit tertio praedictos Religiosos, etiam in ipso die Resurrectionis posse ministrare in suis Ecclesiis Eucharistiam iis, qui vel antea satisfecerunt, vel postea satisficient in Parochia. Sic Suarez *dicta disp. 72. sect. 12.* Delugo *disp. de Euch. 18. sect. 2. num. 50.* Ratio est, quia illa exceptio, (extra Diem Pascha) probabiliter intelligi potest formaliter, pro communione faciendâ ex praeepto, tempore Paschali. Illud etiam certum videtur cum Portella in *duo. Reg. V. Sacram. administratio, Pellizzatio tit. 1. Man. Reg. tract. 8. cap. 8. sect. 3. quest. 3.* Regulares ex suis privilegiis posse etiam ob satisfactionem praeepti, Eucharistiam suis famulis secularibus in Monasterio degentibus ministrare. Id quod Portella *ibidem* ad famulos coniugatos dormientes noctu extra Monasterium extendit. Ratio est, quia Leo X. apud eodem, concessit Minimos, atque ideo participantes in privilegiis, posse in suis domibus, & Ecclesiis communicare famulos suos in habitu seculari servientes, etiam Paschalis tempore, etiam in mortis articulo, immo & dare istud Sacramentum extremae Unctionis.

Adverte illud, etiam Paschalis tempore, coniunctum cum illo etiam in mortis articulo, mihi iudicium facere non de vulgari Communione quacunque, sed de ea, quae ex obligatione exhibenda est, summum Pontificem indulsisse privilegium.

Adverte insuper Patribus Societatis Jesu huiusmodi indultum in hunc modum restringi in *Compend. Privileg. Societ. Jesu V. Familiares, §. 2.* Hac facultas conceditur Superioribus, & quibus ipsi communicaverint.

49. Certum sit quarto etiam pro hoc tempore, seu pro hac vice satisfaciendi praeepto, satis esse praesumptum consensum Parochi. Solum advertendum erit, ut modo diximus, hic difficultus, alio tempore facilius esse praesumendum.

50. Unum igitur, aut alterum remanet incertum: an semper peccet mortaliter, qui, sine rationabili causa, sed sine contemptu, vel scandalo, solum propter suam commoditatem, velit in Paschate communicare alibi, quam in Parochia: & an peccet Sacerdos, si tunc scienter ministret huic Eucharistiam.

Puto quod Fideles, qui paratus est suum Parochum recognoscere, & forte, in anno pluries recognovit communicando in sua Parochia, non irrogat injuriam gravem Parochio, semel, aut iterum, in sua vita, se subrahendo in hoc ab ejus iurisdictione: atque adeo non peccat mortaliter, si semel, aut iterum in vita modo dicto, in aliena Ecclesia, communicat in Paschate.

Idem puto, si sacerdos secularis (nam de Religiosis mox à *num. 51.*) unum aut alterum, seu paucos tales communicet. Dico, paucos, si enim multos communicaret irrogaret gravem Parochio injuriam, perturbaretque graviter ordinem parochiarum. Ratio huius doctrinae est, quia recte rationi non apparet haec gravis materia. Pascitur enim ovis, sed una, vel altera vice quasi in alieno campo ab alieno pastore. Non igitur delinquitur contra substantiam praeepti, sed contra accidentia, & id tam raro: ut multum invitatus rationabiliter, non debeat esse pastor. Scio quod Suarez *de Eucharist. disp. 72. sect. 2. §. hinc sequitur*, docet: esse mortale ministrare hoc Sacramentum sine debita iurisdictione, & hanc obligationem esse mutuam ministrantis, & sumentis: sed ipse notanter addit, esse mortale, ex genere suo. Sicut igitur furari v. g. alienam rem est mortale, ex genere suo, tamen datur levitas materiae

teriae in furto; sic se veluti surripere, seu subtrahere à iurisdictione sui pastoris, erit in genere suo mortale: non tamen tollitur, posse dari materiam parvitatem, ut videtur esse in nostro casu.

51. De Mendicantibus, Mendicantiumque privilegia participantibus, dico duo. Primò, licet aliqui negent; aliqui tamen cum Bauny in *Theologia moral. par. 1. tr. 5. num. 19.* concedunt apud alios, propter eorundem privilegia, posse Fideles satisfacere præcepto communionis Paschalis, in cæteris quidem diebus à Dominica *Palmarum* ad Dominicam *in Albis*: at non in ipso die Dominico Resurrectionis: voluit enim Pontifex, ad quandam solemnitatem, in favorem Ecclesiae Parochialis, excipere pro satisfactione præcepti ipsum solum diem Dominicum Resurrectionis. Ratio huius sententiae ducitur ex iis duabus propositionibus. Prima quod satis probabile est cum *Beja par. 4. casu 4.* in privilegiis dictis, cum excipitur dies Paschæ, solum excipi materialiter ipsum diem Dominicum Resurrectionis, idque ad satisfaciendum præcepto. Esto sit etiam probabile, excipi formaliter, ut supra *num. 48.* diximus. Secunda quod in cæteris diebus immo, & toto anno, præter prædictum diem unicum Resurrectionis Dominicæ, prædicti Religiosi sunt in suis Ecclesiis, immo & extra suas Ecclesias atque adeo in alienis delegati Parochorum, sic à Summo Pontifice instituti, ut patet ex eorum privilegiis. Ita *Porrell. in resp. Reg. p. 3. casu 39.* adducitque Ioannem la Crux, *Rodrig. Villalobos. Lege Compendium privileg. Soc. Iesu V. Eucharistia §. 2. sine.* ubi Pater noster Generalis restringit nostros, ut in alienis Ecclesiis hoc privilegio sine licentia eorum, ad quos pertinet, non utantur. In suis verò excipit ipsum unum diem Resurrectionis: intellige pro satisfactione præcepti.

52. Dico secundò aliquos putare universaliter, etiam pro ipso Paschæ die, posse satisfieri apud eisdem. Ita idem Bauny *ibid.* lege *Agund. præc. Ecc. 3. lib. 1. cap. 5. num. 13.* & *Delugo de Euch. disp. 18. sect. 2. num. 49.* Ratio est, quia absolute sine restrictione Paschæ id concessit Nicolaus Quintus, & Paulus Tertius Religiosis Beate Mariæ de Gandalupa, & consequenter per communicationem cæteris Mendicantibus. Addunt alij alias concessionem Pij I V. & V. lege *Pellizzarium in Man. Reg. tom. 1. tract. 8. n. 8.*

At, dices, hoc privilegium fuisse vivæ vocis oraculo concessum, adeoque sublatum ab Urbano VIII. qui omnia eiusmodi abrogavit. Respondent, aliquos dicere fuisse per Bullam.

53. Has duas opiniones relatas *num. 51. & 52.* non possum non vocare saltem speculative probabiles: siquidem probabilibus rationibus nituntur, bonosque habent auctores. Et quidem prior videtur expedire: ita tamen, ut neutram in usum deducendam censeam, ne detur occasio, vel admirationis in populo, vel querelarum in Prælatibus.

54. Dices: extat novissima declaratio Sacre Congregationis, qua præcepit Archiepiscopo Neapolitano, ut id sub censuris prohibeat Patribus Theatinis, & Societatis Iesu, quam adduxit, & tenuit Diana *p. 6. tract. 7. ref. 5. sine.*

Respondeo. De hac declaratione, Primò non constat authenticè. Secundò non est directæ illis religiosis, sed Archiepiscopo. Tertio est epistola particularis, pro Diocesi Neapolitana, ubi fortè aliquod peculiare suboriebatur inconveniens. Quarto & principaliter declaratio sic habet: *Concessi sunt Parochi de Patribus Theatinis, & Societatis, quod asserere audent, personas laicas assumentes in eorum Oratoriis, seu Congregationibus Eucharistia Sacramentum in die Paschæ, Ecclesie præcepto satisfacere: cumque id minime permissum sit, &c.* Vides? loquitur de Congregationibus, seu Oratoriis utique privatis, in quibus iudicatum fuit inconveniens, satisfieri præcepto: at nos loquimur in Ecclesiis publicis. Secundò loquitur de die Paschæ, idest juxta probabilem superiorem interpretationem de ipso die Do-

minico Resurrectionis: ergo saltem priori sententia hæc prohibitio non obstat.

Confirmo. Docet, & quidem merito, *Vasquez. Euchar. disp. 2. 11. cap. 5. num. 45.* quando veritas secura sunt, locum esse opinionibus, & postquam probabiliter verba legis interpretati, atque agere mentem legislatoris, tam sublimis: in interpretatione, ut etiam in privilegiis prædictis non clarescat quid importet illud (dies Paschæ) arguendum est: ergo poterit quilibet illud probabiliter significet interpretari, & consequenter nos in dicto, interpretati potuimus.

55. V. Nisi forte, de proprii Sacerdotis consilio, quam rationabilem causam, ad tempus ab perceptione duxerit abstinendum.

Vbi, quis hanc, & alibi, qua in Parochia communicandi licentiam concedere valeat? Episcopus, Archiepiscopus, Vicarius Generalis Parochi Montis Regalenis?

56. Nominè proprii Sacerdotis intelligi non est constans omnium sententia. Sic *Clemen. 1. de p. vil. verb. Presbyteri*, adhuc tamen evincenda supersunt.

Dubitatur enim quis possit, an Parochus licet concedere alicui Fidelium valeat, ut non communi in tempore Paschæ: Dico non posse, id enim tenet cedit Canon: sed solum quod penitens, propter inabilem causam, cum consilio tamen Parochi, tempore Communionem Paschalem differre. *Vasquez. habet verb. Eucharist. num. 8.* Qui post alio die, post Pascha, communicat, præcepto satisfacit: & post, ex consilio Confessoris, ex decreto Eugenij IV. *Navarrum*, Vbi obiter nota illud (longe post) Notior causam posse esse aliquando tam gravem, ut vel ex se penitens, vel ex consilio prudentis ad differre. Lege *Layman. lib. 5. tract. 6. cap. 5. num. 12.* docet etiam de confessione. Si quis (inquit) non nunquam confessus fuisse, & Communionem ad brevem tempus, ex causa, putat usque ad Pentecosten differre, probabile est graviter non peccaturum: & si etiam confessionem differret, si putaret postea eam communis præceptum esse, verum si talis post Pentecosten mortaliter peccatus erit eo anno iterum confiteri: siquidem prædicta confessio fuit ob obligationem præcedentis anni, ut *Coninch. Hactenus Layman.*

Quænam sint hæc causæ ad differendam, immo omittendam Communionem, ex superadditis, ut facile colligendum.

56. Sed quis licentiam alibi, quam in Parochia communicandi, dare poterit? Solusne Parochus, etiam alij? Sanè solus Parochus, quique venit nomine Parochi, seu Pastoris. Quo nomine venit quicumque curatum beneficium habet, respectu suorum Parochianorum sive Curatus vocetur, sive Archiepiscopus, sive Vicarius ad curam, sive alio nomine: hi enim omnes, vel similes respectu suorum ovium sunt proprii Sacerdotes.

57. Dubitavit autem Glossa in *Clemen. Prima V. Presbyteri*, an Episcopus, & Archiepiscopus Cathedralis Ecclesie, possint licentiam concedere, ut Religiosi post tale Sacramentum ministrare: & resolvit, post factum posse approbati concessionem datam à prædictis: sed ante factum melius esse, ut ab his non concedatur.

58. Nihilominus non video, cur Episcopo id denegari possit, ut item concedere diocesani licentiam communicandi alibi, quam in Parochia: conveniuntque sit Parochus, & Pastor suæ Diocesis, ut omnibus constat, & eademmet Glossa ibidem fatetur, immo et illi denegari poterit.

59. Archiepiscopus Cathedralis, respectu

Parochi, & Curati dicta maioris Ecclesia per impositionem bireti, stola, & annuli: ac etiam dictus Dominus Vicarius acceptis à dicto de Gentili instrumentum, & professionem fidei in forma, &c.

64. Et in actu seu instrumento immixta, seu tradita possessionis, sic habetur: *Dictus de Gentili Canonicus, Parochus, & Curatus electus, & fuit per me impositus, atque immixtus in realem, actualem & corporalem possessionem dicti Canonici, Parochi, & Curati intus dictam maiorem Ecclesiam per apertionem & clausuram Custodia Sanctissimi Sacramenti, osculationem Altaris ejusdem, & fontis Baptismatis: per apertionem, & clausuram arca in qua reperiuntur libri Baptismatis, Sponsaliorum, &c. & per alia signa denotantia ipsam possessionem.*

Lege Barbosam de pot. Pari. 1. p. in fine, cap. 2. form. 9. & 12. qui non aliis, nisi his, vel similibus clausulis, & solemnitatibus, ut certè fieri solet, Parochos instituit, iisque possessionem Parochiae tradit, ita ut ambigere nullus rationabiliter jam possit omnibus, & singulis Montis Regalis Parochis iura Parochorum universa competere.

§. V I. Alioqui & vivens ab Ecclesia ingressu arceatur, & moriens Ecclesiastica careat sepultura.

85. **P**œna non consentientibus semel in anno, & non communicantibus in Paschate, est, ut arceantur ab Ecclesie ingressu, & ne sepeliantur in loco sacro: quia tamen est pœna, & quidem ferenda; non incurritur ipso facto, sed post sententiam. In iure igitur non est pœna excommunicationis nec lata nec ferenda. Solum audio in aliquibus diocesisbus adesse excommunicationem ferendam: quæ, si est timeatur.

66. Si quis Fidelis moriatur, nec constet an communicaverit, saltem in Paschate, estne sepeliendus in loco sacro? Respondeo, nisi constet non communicasse, iudicandus est observasse præceptum, atque adeo ritè sepeliendum. Adde neminem huic pœnæ inter se ferenda subiaci, nisi post latam sententiam. Cum igitur nunc vix in usu sit, ut contra aliquem similis sententia fulminetur; nunquam ex hoc capite erit Fidelis à sacra Sepultura depellendus.

C A P V T V.

De Præcepto Communionis instante mortis periculo.

§. I. An hoc præceptum omnes in eo periculo obliget?

1. **N**on modo nonnulli, ut S Bonav. Sylvest. Armilla, apud Snam. de Euch. disp. 69. sect. 3. initio, docent communionis præceptum, ut à Christo latum, obligare solum semel in vita: atque adeo, qui in vita semel communicavit non obligari, sub mortali, instante morte, iterum communicare. (Sà V. Euch. num. 1. facit non parum) Verum etiam alij sunt, qui putant nullam absolute esse obligationem sub mortali eo ingruentis periculi tempore communicandi. Sic Caët. Ledesma, Viët. Palud. allat. *ibid.* ab eodem Suarior. Sed tenendum est, adesse obligationem sub mortali: Ita Suarez *ibid.* Vasq. de Euch. disp. 214. c. 2. n. 3. & passim Recentiores. Ratio potissima ducitur ex Fidelium, & Ecclesie sensu, sic iudicantem.

2. Idque verum est siue mors instans sit ex infirmitate siue ex violentia, par enim est ratio. Immo & quoties imminet periculum mortis; ut in prælio, longa, & periculosa navigatione, & similibus, eandem ad huc obligationem, docent communiter Doctores *ibid.* Iudex ergo nisi teneat opinionem contrariam cum Fag. 3. *Ecl. præc.* l. 2. c. 4. n. 4. (quam non esse tenendam consulo) obligatur Reo tempus ad Communionem concedi. Excepe, nisi fuga

ius Diocesis; ultro concedo nequaquam posse: posse enim solum respectu suorum Parochianorum, quibus Parochus est: nam licet in iure maior sit ejus potestas; tamen jam in multis, ex antiqua consuetudine, cum esse restitutam, notant Doctores apud Barbosam de iure universali lib. 1. cap. 6. n. 25.

60. De Vicario Generali (jam Vicarius Foraneus, cum ad ipsum cura spiritualis animarum non spectat, nullo modo potest) quorum facit unum cum Episcopo, & est Pastor officio, dicendum est cum Suarez de Euch. disp. 72. §. sed inquires, circa finem: posse (etiam sine mandato speciali) ex sola Vicariatus generalitate. Cum enim, etiam sine speciali mandato, ex prebabilitate sententia Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 29. num. 15. Barboza de potest. Episc. part. 3. all. §. 4. num. 19. concedere possit licentiam Sacerdotibus ad excedendas confessiones; cur hoc non poterit, quod est minus?

61. Illud à me, dum hæc scriberem, Parochi Civitatis Montis Regalis in Sicilia quæriverunt, quod, quia facit ad institutum nostrum, hic afferre abs re non erit.

In dicta Civitatis Cathedrali, & Matrice Ecclesia sex sunt Parochi, curam animarum totius Civitatis gerentes, æquales in potestate, singulique, prout casus occurrat, officium Parochi exercentes: solum enim ad laborem munerandum per hebdomadas, Sacramentorum administrationi assunt: & solum, ad honorem, antiquior ex illis Archiepiscopus appellatur. Iam, simulne omnes, an quilibet ex illis, prout libuerit, sine dependentia à sociis, poterint hanc licentiam impertiri?

62. Respondi, quemlibet posse: liquidem quilibet est totus iure Parochus, nec unquam tale ius amittere potuit, cum talis potestas sit imbibita in ipso iure Parochi. Facit ad hoc illud quod docet Sanchez lib. 3. de matrim. d. 24. num. 6. Dum Parochi (ait) duo in solidum alicui Parochiæ præstant, potest uter illorum altero invito ministrare Sacramenta & interesse matrimonio, aliisque assistendi licentiam dare. Quia par in parem non habet imperium immortu, de electione, & l. ille à quo, & incompelluntur ad Trebell. Sanè hanc Ecclesiam puto esse eius generis, quo cura Animarum, Ecclesie, vel Episcopo incumbit, & per plures administratur: de quo Ecclesie genere meminit Tridentinum sess. 24. de reformatione c. 23. initio.

63. Dices, si hæc Ecclesia est ejusmodi, sequitur, quod ipsi prædicti sex, non sint verè ordinarii Parochi, sed delegati, merique coadiutores Episcopi: atque adeo nullum dubitare, an ipsis sit delegatum, posse dare prædictam licentiam.

Respondeo, cum ipsis detur potestas, & autoritas ad universitatem causarum pertinentium ad Parochi officium, hæc etiam potestas eisdem concessa erit, siue sint ordinarii, siue delegati: quod hic decernere non est laborandum: & sanè si illis conceditur officium ministrandi omnia Sacramenta, curamque annuarum habendi, quod est majus; num potestatem concedendi eam licentiam, quæ potestas longe minoris momenti est, denegatum fuisse censuebimus?

Audi Emmanuelem Sà V. Sacramentum, num. 6. Cui generaliter (inquit) committuntur omnia exercenda in Parochia, potest dare alteri Sacerdoti licentiam ministrandi Sacramenta. Hæc Sà.

Adde quod instrumento institutionis ipsorum, eos absolute Parochos nominat Archiepiscopus, seu Vicarius instituens: & in ritu, modoque accipiendi possessionem servantur in iisdem solemnitates servari solite in cæteris ordinariis Parochis. Quare non video, quo ad rem nostram, dubitationis esse locum.

Actus institutionis unius ex ipsis, quem authenticè ex scriptis ego videre volui, sic habet: Dom. Hieronymus Rafael Coronel Vicarius Generalis, Sede vacante huius Civitatis, &c. dedit & dedit Reverendo D. Ioseph. Gentili possessionem, & Canonicam institutionem dicti canonici

necessitas minus imminet, dictumque urget notabile damnum, non obligat. Ita Cast. tom. 1. disp. ac charit. p. 9. Bonac. de charit. disp. 3. p. 4. alique.

Pelle inf. c. 15 qua ratione siue Paocho siue non Paocho incumbat onus Eucharistiam porrigendi, præter id quod ex dictis colligi potest, vide apud Pellizzarium tom. 1. Man. Reg. tr. 6. c. 9. sect. 2. q. 6. Cal. Malder. Reginal. alique apud Castrop. Bonac. Pelliz. citatos.

§. VI. An, qui, mane ex devotione communicavit, deinde in periculum mortis incidit, possit eadem die, pro Viatico communicare;

Non solum posse, sed debere, docent nonnulli cum Hurtad. de Euch. disp. 11. diff. 4. co. nixi fundamento, cuius modo meminimus §. 2. quia nimirum, quando hic mane communicavit, non urgebat præceptum. Communicet igitur adveniente periculo, quando præceptum urget, ut illi satisfaciatur. Nonnulli vero apud Delugo de Euch. disp. 16. sect. 3. n. 54. solum dicunt posse, non autem sub obligatione: siquidem prohibita est duplicata eodem die communicatio.

Communio, & vera sententia est, nec debere, nec posse. Sic Suar. de Euch. disp. 69. sect. 3. §. Rogabis, in fine. Fag. Gualtero, Præpos. Laym. Delugo eos citans dicta sect. 3. Ratio primi est, quia iam est præcepto satisfactum mane, ut constat ex dicto §. 2. Ratio secundi est, quia prohibetur bis eodem die communicare.

Post hæc scripta, & impressa legi præter Hurtadum iam citatum, sententiam Pellizzarij, Quintanaduenas, Dicastilli, Martini de S. Ioseph Leandr. Lud. à S. Ioan. Bap. Duenz. p. 10. tr. 11. ref. 40. aliorumque, quæ docent posse, ac debere. Verum omnibus accuratè perpensis distinguendum esse, ne locum errori demus, sic censeo. Vel mane quis communicavit bene valens, & deinde incidit in morbum periculosum: Ita ut creatur, non potestur vitam ad diem sequentem, & hunc iterum posse eodem die, imò debere communicare probabile est ex auctoritate tot. Doctorem; nec aliud ipso vellet, si eorum verba, & rationes perpendantur, existimo, vel mane quis dum laboraret periculoso morbo, pro quo, si illud periculum advertebatur, poterat ei dari Viaticum, ipse tamen communicavit ex devotione, & hunc non posse iterum eodem die communicare, si recrudescat tunc morbus, ob quem iudicetur eodem die moriturus, constanter affirmo, & de hoc casu ego sum loquutus in hoc n. 10. loquutus enim sum de eo ægroto, qui communicavit mane, & deinde apparuit periculum. Ratio utriusque partis distinctionis est, quia in priore casu ex probabili sententia non est satisfactum præcepto communicandi in periculo mortis; ille enim in periculo non erat quando communicavit. At in posteriore casu satisfactum est, quia iam erat in periculo, quamvis non putaretur esse, vel quamvis cum ea intentione non communicaverit, sicut si mane diei festi audeat Sacram, licet nescias illum esse diem festum, satisfactis præcepto, quia tunc rem præceptam iam implevisti, neque Missam aliam teneris audire post scientiam facti, ut alibi docuimus. Ecclesia enim præcipit audientem Missæ simpliciter, non intentionem. Satisfaciendi præcepto.

Ex dictis colligo: me facilius concedere iteratam in eodem die communionem illi, qui ex inf. d. volnere, quam illi, qui ex febris, V. G. in periculum viæ incidit: nam vulneratus, si communicavit ante acceptum vulnus, non communicavit tempore periculi; sed fabricatus cum habeat in se litem febris ex communiter contingentibus præsumere debeo, communicasse tempore quo astat periculum, quamvis nobis ignotum, & solum valde peritus Medicus posset testificari, verè novum morbum accessisse, qui periculum illud adduxerit, certè casus rarissimus erit.

§. VII. De sumente Viaticum, in mortali, deque mortaliter peccante post illud.

11. Si quis Sacram Viaticum, existens in peccato mortali sacrilegè sumpsit, licet aliàs peccaverit, huic tamen præcepto iam satisfecit, prout constat ex dictis c. 4. §. 3. num. 54.

12. Quod si ritè, & pure Viatico refectus est, sed post ipsam refectorem incidit in mortale; aliqui cum Sot. in 4. d. 12. q. 4. art. 11. putant astringi iterum, in eodem mortis periculo communicare, ut non moriatur sine auxilio Eucharistiz. Verum consilium id quidem bonum est, non obligatio: Sic Hurtad. de Eucharist. disput. 10. diff. 3. Delugo de Eucharist. disp. 16. sect. 1. num. 46. quia iam, per priorem sumpcionem præcepto factum est satis. Ad confessionem autem talis peccati obligatur, etiam si contritus sibi videatur: quia debet observare præceptum subdandi clavibus omnia peccata mortalia.

§. VIII. An pueri communicandi sint pro Viatico.

13. Pro pueris, usum perfectum rationis habentibus, non est dubium adesse præceptum, & non adesse pro rationis expertibus, ut patet ex dictis supra cap. 1. §. 2. Solum ergo est difficultas de pueris intra latitudinem decimi, quatuordecimi anni existentibus: qui habent quidem aptitudinem ad confessionem, non verò, ex aliquorum sententia, ad reverenter suscipiendam Eucharistiam.

14. Dico, his posse, imò debere dari Viaticum, sicuti iisdem dari solet Extrema unctio: Ita Suar. de Euchar. disp. 70. sect. 1. & passim id enim suadet præceptum divinum, in tanta instantis necessitate: esto, non esse dandum contendat probabiliter, Vasquez de Euchar. disp. 214. c. 4. n. 41. Hurtad. de Euch. disp. 10. diff. 4. alique. Immo Delugo de Euch. disp. 13. sect. 4. n. 4. merito, propter eandem rationem, contendit, etiam puto de quo sit dubium, an doli capacitatem habeat possit (licet non debere) dari Viaticum, sicuti datur confessio, & Extrema unctio, licet hæc, propter periculum irritandi Sacramentum, sub conditione.

Dices, cur pueris benè discurrentibus, potest & debet, his verò sub dubio discurrentibus solum potest? Respondeo, quia illi subduntur legibus, atque adeo huic præcepto: hi verò, cum sit dubium, an discurrant, dubium etiam est, an subdantur legibus, & consequenter, ex doctrina Doctorem apud Castrop. de conscient. disp. 3. num. 2. in materia de legibus, ad observandam legem non obligantur, quia in tali dubio est possessio pro libertate.

§. IX. An amentis temporaneo, ac Phrenetico dandum sit Sacram Viaticum.

Diximus c. 4 §. 1. perpetuò amentibus, non esse dandum Eucharistiam: nunc consequenter dicendum, nec esse dandum Sacram Viaticum: semifatuis velò, ut etiam stolidis, & mutis, surdis, sicuti Eucharistiam in vita esse concedendam, dummodo absit periculum irreverentiz ibidem diximus, sit & in morte Viaticum esse dandum, nunc consequenter asserimus.

At verò illis, qui prius usu rationis potiti sunt esse porrigendam Eucharistiam in articulo mortis, si prius voluntatem habuerint eam recipiendi, docet cum communij opinionione S. Thom. 2. part. quest. 80. artic. 9. idque universaliter, siue paulò, siue multò ante mortis periculum (cum eodem sit ratio) usum rationis amiserint. Adde non solum posse porrigi, sed debere, quando non est periculum irreverentiz, sicuti iisdem dari etiam solet Extrema unctio. Colligitur ex Suar. de Eucharist. disputat. 66. sect. 1. Vide quæ dixi ibidem num. 4. circa finem.

CAPVT VI.

De ministro Communione.

DE Communione ministro qui est solus Sacerdos, & ex commissione ipsius, urgente aliqua causa, & semper quando instat mors alicuius, deficientis tamen Sacerdotis, Diaconus. Ita Suar. de Eucharist. disp. 7. sect. 1. Delugo de Euchar. disp. 18. sect. num. 27 aliqua tetigimus in praecedentibus. Verum nunc in proprio loco nonnulla sunt, ad complementum tractationis, addenda.

§ I. Quo habitu, quo die, qua hora, quibus circumstantiis est ministranda Eucharistia.

DE statu gratiae an requiratur in ministrante tantum Sacramentum, diximus per occasionem, supra cap. 1. §. 7. num. 59. Nunc ergo caetera quaedam, de exteriorum pertinentia, sic breuiter percurramus.

1. Primum, non opus est, ut Sacerdos hoc Sacramentum ministrans, sit ieiunus: siquidem in nullo iure praeceditur. Ita Bonacina de Euchar. disp. 4. §. 5. p. n. 4.

2. Secundum, omni anni tempore ministrari potest. Dubitatur tamen an possit die Parasceves, hoc est Veneris Sancti, quando certum est non licere Sacerdoti celebrare, sed solum, ex praefatis die antecedenti communicare. Sic Delugo de Euchar. disp. 20. sect. 1. n. 14. Dico posse: ut extra periculum mortis non esse passim in usu. Sic Hurtad. de Sacrific. disp. 4. diff. 2. citans Suar. Vals. Layman. (in illo enim periculo posse, immo debere non est dubium.) Hic tamen non usus nequaquam inducit obligationem peccati eo die communicanti, sed decetia duntaxat, propter merorem passionis Domini nostri: & sicubi usus est communicandi, iam est decetia ratio, ipso usu sic interpretante, cessat.

3. Tertium, mane ministrari solet: sed Vesperti, vel interimperta nocte, posset ieiunus ministrari, etiam extra mortis necessitatem: Sic Sa. de Euchar. n. 19. Suar. de Euchar. disp. 69. sec. 4. quod tamen est facile concedendum propter populi admirationem, Sic Coninch. Bonac. de Sacram. disp. 2. qua. 7. puncto 1. n. 14.

4. Quartum, ex Bonacina ibid. quest. 5. p. 2. a num. 8. Paracho non licet Eucharistiam ad infirmum deferre, sine stola, & superpelliceo, & non praecedente lumine, nec idem tenetur, si timeat praepropetam infirmi mortem, valde festinat currere: quia videntur haec reuerentiae debita repugnare: quamvis possit ex Bonac. ibid. extremam unctionem sine tanta solemnitate deferre: quia Sacramentum Oleum materia est Sacramenti, non vero Sacramentum, At ad baptizandum, vel absolvendum infirmum, qui secus creditur in mortali moriturus, non solum posset, sed etiam currere minister deberet: Sic ibidem, quia id non cedit in ullius Sacramenti irreuerentiam: & ex alia parte maxime proximi charitas urget.

§ II. An ministrari Eucharistia possit indigno.

In hac quaestione, qua quaeritur: An ei, qui cognoscitur esse in statu peccati mortalis portigi a Sacerdote, sine peccato, communicatio possit. Certum est Primum, Ministrum per se loquendo, quando saltem commode, & sine ullo inconvenienti valet, non posse

Par. II.

ei quem mortaliter indignum positivè certò congosci (nam in dubio quilibet praesumendus est bonus, & communicandus) saltem ob regulam generalem, qua obligamur vitare, & impedire proximorum peccata, quando commode possumus. Ita Suar. de Euchar. disp. 67. sect. 1. Ruffus certum est ibid. nec posse invitare, aut alicui indigno suadere, ut recipiat Sacramentum, saltem quando non adest necessitas. Sic idem disp. 8. sect. 2. §. sed quare Bonac. disp. 1. de Sacram. q. 5. p. 4. n. 6. Ratio est quia id esset movere directè ad peccandum.

8. Certum est secundò, Publico peccatori petenti siue publice, siue secretò Sacramentum, non posse sine peccato ministrari. Ita Suar. ib. & passim. Recentiores Ratio est, quia obstat illud Matth. 7. Nolite Sanctum dare canibus: obstat reverentia Christo Domino debita, obstat cooperatio cum alieno peccato.

9. Iuvabit tamen hic exscribere quae affert pro praxi circa publicum peccatorem Caramuel lib. 3. Th. mor. num. 139. i. Vsurarii (inquit) publici, communes peccatores alii quando tanguntur à Deo & respiciunt, &c. unde me consule, magno consilio, & examine utaris antequam publice petenti Eucharistiam neges publice; & quia in Aliari nec tempus examinandi suppetit, nec dantur quos consilium possit, ubicunque praxia resolutione antequam eo veneris Sancti & coram Deo non staueris negare Eucharistiam tali persona, si petet, concedito, nam negare est res gravissima, quae non debet fieri impetu extemporaneo. Ego quidem prima vice nemini mortali negarem, quem non scirem certò esse in omnium opinione non baptizatum, delirum, aut arbitrii impotem. Si certò scirem meretricem habitare in lupanari. Vsurarium in telonio, & ex Aliari ad has domos iterum peccatores, & populum scandalizatos reverti (sed quando similia monstra actionum data!) audacter Communione negarem.

10. Certum est tertio, Peccatori occulto publice penitenti Eucharistiam siue à simplici Sacerdote, siue à Parocho, cum par sit ratio, denegandam non esse: Sic Suar. alique quos citat & sequitur Delugo de Sacram. disp. 8. sect. 10. quia omnes habent obligationem non laedendi famam proximi, & ex alio capite, sibi imputet peccator, quod indignè sumit, cum Minister totum, quod ex se facit, sit tale, ut possit esse bonum, & sine peccato. Sic idem Delugo ibid. sect. 1. n. 181.

11. Certum est quarto, Peccatori occulto, secretò petenti denegandum esse: Ita Doctores citati: quia tunc nulla sequitur peccatori infamia, & consequenter Sacerdos non habet excusationem unde concedere cogatur. Illud igitur hic maxime est pro praxi, considerandum, equitatem dicatur in hac materia publicus, quis occultus peccator. Placet modus id explicandi traditus à Suar. de Euchar. disp. 67. a sect. 5. vide etiam Fagund. praecip. Eccles. lib. 2. c. 10. quem ut faciliorem reddam, & breviorē, his sequentibus regulis distinguo.

Regula Prima.

12. Si peccatum petentis Sacramentum sciatur ab aliis, coram quibus petitur, dicitur publicum, sanè respectivè ad hoc: quare illi denegandum erit Sacramentum, semper praec oculis habendo ea, quae n. 3. insinuat. Ratio est, quia iam non sequitur in famia ex denegatione. Certò autem tunc, licet occultè, dicitur his constare petentis peccatum: quando vel ipse extra confessionem Sacramentalem illud fallus est (nam si intra illam, dicam mox n. 20.) vel ipsi altantes viderunt, vel à fide dignis audierunt, certoque sciunt petentem nondum fuisse illud Sacramentaliter confessum: id enim est certò constare illum esse graviter indignum.

Secunda Regula.

13. Si peccatum petentis Sacramentum sit evidens, evidenti iuris, vel evidenti facti, tunc licet aliquibus praesentibus sit ignotum, dicitur petens publicus peccator

H 2

atque

atque adeo denegandum erit illi Sacramentum, dum tamen dictorum *num. 9.* immemor non sis. Ratio est eadem, quia iam non sequitur simpliciter nova infamia, cum per eam publicitatem amiserit ille omne ius ad suam famam.

14. At quanam est evidenti iuris, quæ facti? Respondet, iuris est, quando iudicet quis convictus est de crimine per propriam confessionem, vel per sententiam declarationem iudicis, siue id sciatur à multis, siue à paucis: Facti est, quando notitia facti peccaminosi tam publica est, ut iudicet manifestatio æquivalet: quod contingit, quando tam publicum est delictum, ut nulla tergiversatione celari possit. At hoc ipsum quæritur: & quando est tale, ut nulla tergiversatione celari queat? Dico, id non posse universaliter colligi ex numero personarum: ut aliqui censent, sed prudentia opus esse: ut pensata qualitate loci, delicti, & personarum, quibus est peccatum notum, iudicetur, an sit tale, ut mortaliter nulla ratione possit in occulto retineri.

15. Vnum hic dubitari potest, an quando peccatum est publicum notum in uno loco, dicatur etiam, pro hac nostra materia, notum in alio: ita ut peccator per sententiam, vel per evidentiā facti Romæ, v. g. publicis si perat hic Patroini, ubi eius peccatum divulgatum non est, repelli debeat à Sacramento: videtur enim cum *Lessio lib. 2. c. 11. dub. 13.* aliisque non esse repellendum ex illa communiore sententia, quatenus esse illicitum, si non propter iustitiam certe propter charitatem, crimen alicuius in aliquo loco publicum, in alio, ubi nescitur, manifestare. Dico (communiore sententia) nam est alia sententia *Fagund. præc. Eccl. 2. lib. 5. cap. 3. n. 14.* & 16. sanè probabilis, quæ docet non esse illicitum mortaliter, neque contra iustitiam, neque contra charitatem, saltem quando nondum recuperavit bene vivendo bonam famam: quia per publicitatem amisit ille omne prius ius ad famam suam.

16. Respondet tamen ad dubitationem. Primò difficulter in praxi occurrere posse fortasse casum iuxta ea quæ *num. 9.* attulimus: tum quia non facillè credendum est rumoribus populi: tum quia potest rationabiliter à Christiano præsumi talem peccatorem iam fuisse emendatum, atque adeo concedendum illi Sacramentum. Respondet secundò. Si forte occurrat aliquando casus dico debere repellere à sacramento: quia in hoc casu etiam iuxta communiorem prædictam sententiam cessat, ius charitatis pro illo. Ratio est, quia charitas dicitur quidem, non debere propalari illud crimen, sine causa rationabili: at hic adest causa rationabilis manifestandi, cum iniquè talis se gerat, & sacrilegè, petendo indigne Sacramentum. Scio *Fagundez 3. Eccl. præc. lib. 3. cap. 10. n. 7.* & 8. contendere hunc non debere repellere: quia si repellatur (inquit,) certò infamabitur. At iam videmus illam non illicite infamari, seu, ut loquar, non simpliciter infamari, cum supponatur iam amisisse famam, & nunc cessare etiam ius charitatis. Scio etiam Henriquez ab eodem *Fagundez* citatum, dare optionem ministro, ut possit admittere, & possit repellere, cum pro utraque parte sint rationes probabiles: scio, inquam, hæc sed non nostra sententia videtur probabilior.

Tertia regula.

17. Si peccatum petentis Sacramentum aliqui non sit publicum, sit tamen notum aliquibus præsentibus, ubi sit peticio, aliquibus autem notum non sit (etiam si uni tantum ex præsentibus non sit notum, quia par est ratio) non potest denegari Sacramentum. Ratio regula est: quia solum per publicitatem, id est, per evidentiā iuris, vel facti amittit quis ius famæ. Ergo in aliis casibus, licet facillimè probationis, servanda est proximi fama. Dices: at, qui notunt exstantibus scandalizabuntur, quod datur à te Sacramentum, illi, quem ipsi indignum cognoscunt. Respondet hoc fore scandalum passivum, quia scire debent hunc non amisisse ius

petendi, cum nondum sit publicus peccator: & iudicare debent inter ipsos aliquem adesse, qui petentis nesciat.

Quarta regula.

18. Propter suspicionem probabilem, multo magis si suspicio sit temeraria, hoc est, sine fundamento potest denegari Sacramentum. At verò propter suspicionem violentam, debet Sacramentum, non negari, sed occultari: hoc est, si suspicio violenta occulta, debet negari tum publice, tum privatim peccatori: occulte & e contrario est, quia temeraria habilis suspicio illi peccatori ius famæ non tollit, sed verò suspicio, cum æquivalet evidentiæ, ius facit. 19. At quanam est violenta suspicio? Est illa, inquitur tribus signis, & indicis, ut, ex nulla probabili ratione, id, quod ex illis nasci videtur, obscurari valeat: siue, quæ tales habet coniecturæ, nihil appareat, quod contrarium suadere possit. Tale est commune exemplum, nudum cum da invenire, ad suspicandum turpem congressum.

De peccatore cognito ex Confessione.

20. Petes primò, qui ex confessione Sacramenti petentis exillere in statu peccati mortali, ne illum repellere? Respondet. Quamvis alij dicant, quod non, *Suar. de Euchar. disp. 67. sect. 3. §. 1.* Sed dubium posse, imò debere repellere. Verius puto cum *Eccl. præc. 3. lib. 2. cap. 11. n. 23.* non posse: tunc tunc ei vel occultissime petenti, Communionem concedere. Ratio est quia sigillum confessionis, ita obligat, ut nihil externè fieri possit, per quod peccatis penitentis peccatum exprobari, etiam si solus peccator nitens advertat. Hinc inferunt aliqui: Si Peccator agrotum non absolvit, quia non erat bene dispositus & deinde vult agrotus ipse, vel confanguineus per ipsum, ut Eucharistiam deferat ad infernum: possit (& debet) deferre nulla prius habita ratione nec in confessione habita. Ita Ioan. Bapt. Novatus in *moral. lib. 2. cap. 4. quæst. 17.* Recole quæ in *Appendix cedentis Opusculi* dixi de Sigillo Confessionis *cap. 6. §. 2.*

Quotupliciter peccat qui communicat indigne.

21. Petes secundò. Qui peccatori publico peccato Eucharistiam, vnicuique, an deo peccata communiter cooperando cum alterius peccato, alterius delictum suum officium exhibendo. Respondet. Puto cum *Præpos. de Euchar. quæst. 80. num. 23.* vnicuique, qui dicit confert Sacramentum indigno: vtrique enim malitia unum constat saltem in ordine ad confessionem mortale peccatum.

De ministrante Hostiam non consecratam.

22. Petes tertio. Licetne peccatori occulto ministrare Hostiam non consecratam, quod externè apparet illum communicari: ut vitetur sic eius infamia. Respondet. Quidquid dicant aliqui, censo non licere. Non ostendendo assistantibus consecratam, & dando peccatori non consecratam, siue quocunque alio modo. Ratio est, quia semper adest periculum idololatricæ, immo materialis. Lege *Delogo de Sacram. disp. 8. sect. 1. n. 14.*

Hactenus egimus de ministrante indigne peccatore, nam quid dicendum de petente ab indignis ministris colligi potest ex dictis supra *cap. 5. §. 4.*

§. III. Quam debeat penitentiam exhibere sive publicam sive occultam peccator, ut ad Communionem admitti possit.

23. Si peccator sanus, occultè petat, sufficit egisse scilicet esse: idque Sacerdoti aliisque, qui forte delinquantur peccatum, confiteri. Ita *Suar. de Euchar. sect. 2. §. 1.* Inquiri autem. Si verò publice petat, necesse

pari modo, ut publice constet penitentia, siue confessio, pro ratione status peccati, ita ut bona ipsius dispositio manifesta sit. Ita idem *ibid.* Ratio utriusque dicti est, quia sic Sacramentum digne coram Deo, & hominibus traditur. Dixi, constet: nam si dubitetur de penitentia, non sufficit: quia possidet certitudo peccati: cum contra, si dubites de peccato; potes, ac debes illum communicare: quia possidet bona fama penitentis, atque adeo petens praesumitur bonus, ut supra innui n. 7.

24. At si peccator, quantumvis publicus, (qualis est v.g. meretrix publica) in mortis articulo sit constitutus; satis erit, ex eodem *ibid.* si pro temporis opportunitate, & angustia, vel rite confiteatur, vel si hoc nequeat, signa contritionis exhibeat, iuxta ea quae diximus cap. 5. §. 8. num. 16. & ad evitandum scandalum publicetur, quantum fieri potest, dicta confessio: de cuius publici peccatoris confessione vide quae dixi in *Methodo Confessionis lib. 1. cap. 3. §. 5.* Ratio est, quia tunc, propter particulam, urgentemque necessitatem non est maior diligentia extorquenda, quam illa quae commodè exhiberi potest, & ex alia parte de quolibet Fidei praesumptione, eo in articulo facere pro sua salute quantum potest. Addunt aliqui ad meretricem graviter deum in luperari, seu loco publico peccati, etiam si confessio rite fuerit, non esse deferendam Sacram Eucharistiam: esse, si in domo privata iaceat, propter reverentiam Sacramenti. Ita Ioan. Bapt. Novatus in *decis. moral. lib. 2. cap. 2. quest. 13.* Puto tamen, ubi haec loca publicae sunt esse servandam consuetudinem eius Ecclesiae quae potuit declarare, quid melius expediret, sicut ad terrorem aliarum. Nam ceterum Christi Dominus ad peccatores, praesertim contritos, libenter dicitur.

§. IV. An laicus, vel inferior Diacono ministrare unquam possit Eucharistiam

25. Docent aliqui cum Delugo de *Euch. disput. 18. sect. 1.* nonquam, ne ex commissione quidem Sacerdotis, nec urgente ulla mortis necessitate, hos posse, vel ubi, vel aliis ministrare hoc Sacramentum. Ratio est fatis antiquissima, & constans consuetudo Ecclesiae in contrarium. Aliqui, in extrema necessitate, etiam aliis, & multo magis sibi concedunt, quando nullus esset Sacerdos, vel Diaconus, & infirmus sine Viatico, moretur, ita Suarez de *Euch. 7. disput. 7. 2. sect. 18. ultimo dicendum, & sect. 1. in fine.* Valent. tom. 4. *disput. 6. quest. 1. q. p. 1.* huius vero. Ratio est, quia non videtur id prohibitum, nec iure humano, nec divino: cum semper excepta intelligatur extrema necessitas.

26. Aliqui denique concedunt inferioribus Diacono, ne etiam laicis, ad se ipsos, instante morte, communicandos, non vero ad alios. Favet Layman, Suarez, alii, quae cit. à Delugo *dicta sect. 1.* qui item fatetur id esse probabile. Ratio est, quia sic interpretantur hi consuetudinem in contrarium. Prae dictae sententiae, etiam habent bonos auctores, nec spernendas rationes, sunt omnes, fatis propter auctoritatem extrinsecam, probabiles.

27. At, quot peccata committit, qui se ipsum in mortali communicat? Respondeo. Suarez de *Euchar. disput. 7. sect. 1. §. 1. sed queret aliquis*, docet in hoc peccato esse duas malitias alteram sacrilegae receptionis, alteram inhil. lis administrationis illud certum dico (quod nobis satis est) ex his constari unicum peccatum adeoque satis esse in confessione sic manifestare: *Communicavi me ipsum graviter indignè.* Sicuti qui celebrat in peccato mortali, satis se explicat, dicendo: *Celebravi indignè graviter.*

§. V. An extra sacrificium possit se ipsum Sacerdos communicare.

28. Licet probabiliter aliqui cum Filliuc. tom. 1. *tratt. 4. cap. 9. num. 285.* negent, probabiliter

etiam & alij cum Suarez de *Euchar. disput. 7. 2. sect. 3.* concedunt, posse Sacerdotem, non solum in extrema mortis necessitate; sed etiam devotionis causa se ipsum, extra sacrificium, communicare, si non adsit alius Sacerdos, qui ipsum communicare possit. Ratio est quia cum non adsit, pro hoc Sacramento, praecipuum distinctionis personae eius, qui recipit, & eius qui dat Sacramentum, sufficiens, & rationalis causa iudicanda est; absente alio Sacerdote Sacerdotem refici velle sacra Eucharistia. An id possit Sacerdos facere non solum mane, sed etiam post meridiem, vide supra §. 1. n. 5.

29. Quid si adsit Diaconus? Debere à manibus Diaconi accipere docent aliqui cum Fagund. *praecept. Eccl. 3. lib. 3. cap. 7. num. 7.* sed & alij posse docent, suis manibus; Sic Suarez *disput. 7. 2. sect. 3.* vide Delugo de *Euch. disput. 18. sect. 1.* utriusque probabiliter. Ratio prioris sententiae est, quia nulla rationalis causa est sibi ministrandi. Ratio posterioris est, quia ex praesentia Diaconi, cui solum competit, ex commissione Sacerdotis, ministrare hoc Sacramentum, non impeditur ius Sacerdotis sibi ministrandi: nam potest uti iure suo, & non committere, & sic aderit carentia legitimi ministri. Id quod non potest dici, quando adest alius Sacerdos: hic enim de iure ordinario ministrat, atque adeo, praesente ipso, qui potest, ille prior Sacerdos, cum non careat legitimo ministro, non iudicabitur habere rationabilem causam non observandi consuetudinem accipiendi Communionem extra sacrificium, à manibus legitime porrigentis.

§. VI. An Sacerdos possit communicare ministrare partem sua Hostia.

30. Puto aliquando fieri convenientissime posse, Ita S. V. *Euch. num. 15.* Ioan. Sanchez in *select. disput. 2. 2. num. 21.* Henriquez, Sylvester, Granadus cit. à Diana p. 5. *tratt. res. 14.* Ratio optima ducenda est, cum Delugo de *Euchar. disput. 20. sect. 1. num. 69.* ex ipso Christi instituentis exemplo, qui fregit panem, & dedit. Cum igitur nihil in hoc Ecclesia expresse prohibuerit: si adsit causa rationalis, non efficitur à nobis damnetur. Non nego, si adsint aliae particulae consecratae, decentius particulam porrigi, cum ita ferat consuetudo: illud non, esse inconveniens, ex ipsa Christi primaria institutione docto.

Neque obstat consuetudo in contrarium: tum quia ego cum essem iunior, vidi Sacerdotes id facientes, sine umbra ut tunc mihi videbatur, scrupuli: tum quia, etiam si alicubi sit, non constat an habeat vim prohibitionis, cum non constet, an cuiusmodi consuetudo observetur, ut necessaria, & obligans (id quod ex Hurtad. de *Euch. disput. 2. diff. 9.* loquente de consuetudine consecrandi in Missa, constare debet ad hoc ut consuetudo habeat vim legis) an vero tantum ut quid decentius, seu, ut castigatius loquar, ut quid expeditius: fatemur enim quod per formulas minores, quae sint in promptu facilius expediantur fidelium laicorum communiones, quam per partem Hostiae Sacerdotis.

31. Obiicit. At in *Missali Romano de defectibus* Missae iubetur, quod si Sacerdos, post consecrationem Hostiam incidat in mortuum, debeat ab alio Sacerdote finire Missa, & communicari infirmus Sacerdos, parte ipsius Hostiae consecratae, quamvis, sit alia formula consecrata, haec potius infirmo porrigenda sit: Haec *ibid.* Ecce requiritur summa necessitas: nam solum conceditur, infirmo Sacerdoti, deficientibus aliis formulis. Respondeo hanc Rubricam esse bene intelligendam nam tota intentio Ecclesiae, in hoc eventu est, ut infirmus Sacerdos participet de Sacrificio à se inchoato. Unde Gavantus in *Rubric. Missalis p. 3. tit. 10. num. 3. litt. A*, *ibid.* (*Dividat Hostiam*) sic habet. Ita convenit, quia partem habuit ille prior in consecratione. Ergo etiam in sumptione. Haec Gavantus. Et sane videtur statutum in c. *Reatum* 1. 1. de *Consecrat. dist. 2. ibi.* Nam. quare erit illud Sacrificium, cui nec ipse Sacrificans particeps esse cognoscatur. Hoc

H 3 poli 63

posito, sic te debes ritè hac in te gerere. Si adsint in Altari particulae consecratae, simul cum Hostia grandiore, consecratae, inquam, ab ipso Sacerdote infirmo (de quo casu solum loquitur Missale) potest dari ipsi, vel pars Hostiae grandioris, vel melius (hoc est, expeditius) una ex dictis particulis. At si non adsint particulae consecratae ab ipso infirmo Sacerdote, sed fortè ab alio servatae in sacrario; cerè non danda est una ex illis particulis, sed pars Hostiae grandioris: ut nimirum sic Sacerdos infirmus participet de suo sacrificio. Et de hoc casu non expresse hic loquitur Missale, cum satis ipsi fuerit invenire intentionem Ecclesiae esse: ut Sacerdos, quantum fieri potest, de suo Sacrificio, ut dictum est, participet.

32. Atque ex his patet responsio ad obiectum: non enim absolute prohibetur, sed solum ut quid decentius notatur, quando absunt aliae formulae ab infirmo consecratae, illas & non partem grandioris Hostiae Sacerdoti, multo etiam magis laico communicaturo distribui: id quod contra traditam à nobis doctrinam, non est.

6. VII. An tempore Interdicti generalis ministrari communicatio possit?

33. Potest solum pro viatico sive infirmis, sive mortuorum puniendis. Ita Suarez de Confess. diff. 33. s. 1. n. 22. alique passim: quia casus necessitatis exceptus est: ut etiam excipitur confessio. Imo confessio, propter maiorem eius necessitatem, semper, nec solum instante morte, excipitur. Ita idem: Modo, si quis dederit causam Interdicto, etiam & ille, qui esset specialiter interdictus, satisfaciatur, vel det sufficientem cautionem pignoratitiam, fideiussoriam, vel si talem non possit, iuratoriam, ante absolutionem. Sic Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 2. n. 1. Quod si non satisfecit, propter inadvertentiam, vel aliud ante absolutionem, puto satisfaciendum esse ante Viatici sumptionem.

34. Parochus ergo, & hoc impedito, aliquis ex Sacerdotibus, Eucharistiam, cum solito comitatu, & luminariis, propter Christi reverentiam, ad infirmos, etiam tali tempore, deferre tunc poterit. Solum adverte cum Bonac. de Interdict. 5 p. 3. s. 2. n. 1. & passim, eos Sacerdotes, qui causam dederunt Interdicto, quia ab

Eucharistia ministranda, peccati iure prohibentur tempore interdicti; ideo, secluso necessitatis casu, non datur à tali ministerio excludendos. Ita Laym. ibid.

35. An Religiosis, vel Monialibus, qui eas non dederunt Interdicto, concedatur, eodem tempore ministrare, vel recipere Eucharistiam quique suae solat privilegia. Ita Bonac. ibid. num. 9. Vide Suarez & Sà apud Layman, lib. 1. tract. 5. p. 5. c. 2. n. 2. Inter Religiosis & Monialibus concedi tunc Communionem, quia hi communiter habent ad hoc speciale privilegium.

36. In die Paschatis denique an liceat etiam communicare? Dic secundum communem opinionem non licere: Ita Sayrus, Avila, Alterius, apud Bonac. ibid. s. 2. num. 12. licere autem secundum probabilem Suarez, Coninch. apud eundem Bonac. ibid. P. 1. men Filliuc. tom. 1. tract. 18. cap. 2. num. 41. in p. servandam esse loci consuetudinem. Quid si nulla reat introducta consuetudo? Iam alterutram ex opinionibus sequi potes.

37. Quod dictum est de die Paschatis, die Natalis Domini, Pentecoste, Assumptione Virginis, totaque octava Venerabilis Sacramenti, non potest licet tunc à Fidejibus communicari ex probabilis sententia multorum citat. à Coninch. disp. 17. de interdictis n. 36. Sed est etiam probabilis sententia aliquorum citat. Coninch. loco cit. citante Suarium de Censuris num. 1. quod possit. Ratio utriusque sententiae est, quia de hoc cap. Alma Mater, addita Martini V. extensione, conceditur pro dictis festivitatibus solemniter divina celebrari, multi inter divina officia non comprehenduntur Communionem: aliqui comprehendunt: cerè ut dictum est, probabiliter.

Pari modo ex communiore sententia cum Suariorum Censur. disp. 34. s. 1. n. 39. hac festa, in quibuslibet divina officia celebrare, solum comprehenduntur nuntii solum primum dictum diem festi, quia ille solus in p. est festum Paschatis, Nativitatis, &c. At Soto, alique apud Coninch. loco citat. n. 37. etiam probabilem Paschae, & Pentecostes nomen extendunt in interdicti ad duos sequentes: Natalis verò ad sequentes, quia omnes dies hi verè sunt festivi (maxime in vorabilibus) pertinentes ad eadem solemnitates.

F I N I S.

Laus Deo, Beatissimae Virgini, ac B. Aloysio Patrono meo.